ΤΑ ΤΟΥ

ΠΙΝΔΑΡΟΥ

ΝΕΜΕΑ, ΙΣΘΜΙΑ

PINDARI

NEMEA, ISTHMIA.

TOMUS III.

PATAVII
TYPIS SEMINARII
MDCCCVIII.

ODES NEMEÆÆ PRIMÆ

ARGUMENTUM.

Chromio Agesidemi filio Syracusano, mox Ætnæo inscriptus hic hymnus est; quo prima victoria ejus, quam suo nomine quadrigis retulit Olympiade septuagesima sexta, magnifico præconio laudis celebratur. Exordium Poeta capit ab Ortygia insula, quæ in urbe olim Syracusana inclusa erat, parsque ejus habebatur, Cicerone teste, pulcherrima, ut civibus Syracusanis, qui sibi a Chromio per Ætnæi Victoris nomen ereptam quodammodo partem gloriæ esse queri poterant, ostenderet titulum illum non tam Ætnæ civitatem spectare, quam Ætnæum Jovem, cujus cultus Siciliam totam occupabat. Quare ille, ut sapienter Vauvilliersius animadvertit, ab Ortygiæ laude ad universæ Siciliæ laudem transit eo consilio, ut victoria, quam Ætnæo Jovi dedicavit Chromius, Siciliæ etiam ipsi simul dedicata ab ipso credatur. Recenset hic opportune ab Jove collata Siculis beneficia, Proserpinæ dotem, ubertatem soli, civium numerum et fortitudinem, et reportatas sæpius ab Olympia ludis coronas. Ad Chromium inde progreditur, ejusque divitias et splendidam liberalitatem prædicat, et contra injustos obtrectatores defendit sublimibus gravibusque sententiis. Naturâ autem ipsum impulsum ait ad eam virtutem, et ad certamina suscipienda, in quibus altæ prudentiam mentis et corporis robur insolens ostentaret victoria sua daturus indidem novæ in posterum gloriæ futurum decus, ut Hercules admirandæ virtutis adhuc infans primum specimen statim dedit. Didymus enim Scholiastes Pindari, Adimarius, Mingarellus et Vauvilliersius in hoc conveniunt omnes, ut victoriam Chromii aliarum victoriarum faustum omen esse judicent, quemadmodum in prima pugna Herculis Tiresias vates futurorum factorum ejus seriem veraci mente prævidit. Apposite itaque omnino et ingeniose historiam Herculis affert Pindarus ac vivide pingit, ut ex illa successus novi cum immortali Chromii gloria, quasi ex speculo, colligantur. Non redit autem a digressione facta ad argumentum, quia in ipsa inest implicitum, ejusque graphico confirmatur exemplo.

εἶδος α΄.

ΧΡΟΜΙΩ͂Ι ΑΙΤΝΑΙΩ͂Ι

Ἅρματι.

Σ. ά. Κ. ί.

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ,
Κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος, Ὀρτυγία,
Δέμνιον Ἀρτέμιδος,
Δάλου κασιγνήτα· σέθεν ἁδυεπὴς
Ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν
Αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων,
Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν.
Ἅρμα δ' ὀτρύνει Χρομίου Νεμέα
Θ', ἔργμασιν νικαφόροις
Ἐγκώμιον ζεῦξαι μέλος.

Α. ά. Κ. ί.

Ἀρχαὶ δὲ βέβληνται Θεῶν
Κείνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς.
Ἔστι δ' ἐν εὐτυχίᾳ
Πανδοξίας ἄκρον· μεγάλων δ' ἀέθλων
Μοῖσα μεμνᾶσθαι φιλεῖ.

Ἔγειρε

NEMEA. I.

[*Str.* 1.] Respiramen sacrum Alphei, inclytarum Syracusarum germen [colonia,] o Ortygia, cubile [sedes] Dianæ, Deli soror! a te suaviloquus hymnus aggreditur dicere laudes procellipedum magnas equorum, Jovis Ætnæi beneficium. Quadriga vero incitat Chromii Nemeaque facinoribus victorialibus laudatorium componere carmen.

[*Ant.* 1.] Initia autem jacta sunt a Diis, illiusque viri divinis virtutibus. Est nimirum in victoria omnis gloriæ fastigium, magnorumque certaminum Musa meminisse

N E M E A.

CHROMIO ÆTNÆO

CURRU.

ODE GLYCONICA-ASCLEPIADEA. I.

DEfessi venerabilis
Alphei requies (1), pulcrum Arethusiæ
Urbis germen (2) et inclytum,
Florens Artemidos fluminex (3) torus,
Et Deli, Ortygiê (4), soror,
A te suaviloquens auspicium capit
Hymnus, dum studet alite
Plus nimbo rapidos quadrupedes sonans
Ætnæo meritum Jovi
Sacrare obsequium. Me Nemeê incitat,
Et currus Chromii volans
Virtuti eximias magnificæ novo
Laudes texere carmine.
Crescentis siquidem lucida gloriæ
Sunt a Numine semina,
Mirandisque viri jacta laboribus.
Famæ in vertice fulgurat,
Almâ qui fruitur lætus adoreâ
Victor, grandia nec sinit
Rerum facta nigris Calliopê immemor

 Oblivî

(1) Alpheus Dianam, vel Arethusam insecutus ad Ortygiam substitit.
(2) Quasi insula minor a majore nata.
(3) In Ortygia genitam fuisse Dianam testatur Homerus in hymnis.
(4) Deli soror, vel cognata ob nominis similitudinem.

Ἔγειρέ νυν ἀγλαΐαν τινὰ νάσῳ,
Τὰν Ὀλύμπου δεσπότας
Ζεὺς ἔδωκεν Φερσεφόνᾳ· κατένευ-
- σέν τέ οἱ χαίταις, ἀρι-
στεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς

Ε. α'. Κ. ή.

Σικελίαν πίειραν ὀρθώ-
σειν κορυφαῖς πολίων ἀφνειαῖς·
Ὤπασε δὲ Κρονίων
Πολέμου μναστῆρά οἱ χαλκεντέος
Λαὸν ἵππαιχμον, θαμὰ δὴ καὶ Ὀλυμ-
πιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν
Χρυσέοις μιχθέντα. πολλῶν ἐπέβαν
Καιρόν, οὐ ψεύδει βαλών.

Σ. β'. Κ. ί.

Ἔσταν δ' ἐπ' αὐλείαις θύραις
Ἀνδρὸς φιλοξείνου καλὰ μελπόμενος·
Ἔνθα μοι ἁρμόδιον
Δεῖπνον κεκόσμηται· θαμὰ δ' ἀλλοδαπῶν

Οὐκ

---

nisse amat. Excita nunc decus aliquod [hymnum] insulæ, quam Olympi rex Jupiter dedit Proserpinæ; annuitque ei cæsarie, ut

[*Epod.* 1.] ipsa Siciliam divitem gubernaret eminentem fertilis soli opulentis civitatum fastigiis. Præbuit quoque Saturnius ei belli amantem ferrei populum equestrem, frequenter etiam Olympicarum foliis olearum aureis ornatum. Multa attigi opportune, non [cum] mendacio, jaculatus.

[*Str.* 2.] Adsto enim ad aulicas fores viri hospitalis præclara [victoriam ejus] canens: ubi mihi [tanquam ejus hospiti] placitum epulum adornatum est; crebro enim pere-

Oblivî tenebris tegi.
    Surge ergo, et radians, mens mea, suscita
Antiquæ decus insulæ,
    Quam natæ Cereris munere splendido
Mundi providus Arbiter
    Motâ cæsatiê Juppiter (1) obtulit
Dotem multipatentium
    Camporum in Siculo conspicuam solo,
Dotem messibus uberem,
    Et lætam pecorum præ reliquis grege.
Hic Saturnius oppida,
    Urbesque aëriis tollere molibus
Magnas inter opes dedit:
    Venturum explicuit belligeri quoque
Examen populi, æream
    Qui vibrare pedes, vel residens equo
Turmas posset in hosticas
    Telorum segetem, quique et Olympicæ
Palmæ sæpius aureis
    Pulcro dulce sibi pulvere sordidas
Ornaret foliis comas.
    Oblatam decorum non ego gratiam
Mendaci jaculor sono.
    Dudum munificas ipse viri (2) ad fores
Adstabam resonum lyræ
    In vasto feriens vestibulo melos,
Cum mi regifico undique
    Splendore est epulis mensa benignius
Instructa, et jubeor novus

Conviva

(1) Siciliam pro dote Proserpinæ dedit Juppiter, cum in Ætna monte errans ad nuptialem thalamum a Plutone rapta fuit.

(2) Chromii scilicet hospitum amantissimi.

Οὐκ ἀπείρατοι δόμοι
Ἐντί. λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσ-
λὸς ὕδωρ καπνῷ φέρειν
Ἀντίον. τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι.
Χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς
Στείχοντα μάρνασθαι φυᾷ.

Α. β'. Κ. ί.

Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος,
Βουλαῖσι δὲ φρὴν· ἐσσόμενον προϊδεῖν
Συγγενές, οἷς ἕπεται.
Ἀγησιδάμου παῖ, σέο ἀμφὶ τρόπῳ
Τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες·
Οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦ-
τον κατακρύψαις ἔχειν·
Ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦ-
σαι, φίλοις ἐξαρκέων.
Κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ' ἐλπίδες

E. β'.

---

peregrinorum non expertes ædes ejus sunt. Habet vero vir bonus hoc, ut obtrectantibus aquam fumo [incendio] ferat contrariam. Artes quidem aliorum aliæ. Oportet autem recta via ambulantem anniti pro natura.

[*Ant.* 2.] Juvat enim opus robur, consilia mens: ut prospiciat eventum quis, ingenitum est, quibus quidem obtingit illud. Tua autem, o Agesidami fili, in indole horumque et illorum usus sunt. [tibi natura utrumque adest.] Non amo magnas domi divitias absconditas habere; sed præsentibus et bene frui, et bene audire, amicis benefaciendo. In hoc enim conveniunt vota ærumnosorum hominum.

Conviva egregiis addier advenis.
Cunctis hospita nam patet
Impleturque capax perpetuo domus,
Donisque a Chromio obruta
Ponit nequitiam lingua nocens suam,
Ut fumans vapor ignium
Undæ largifluis stinguitur imbribus.
Dotes sunt aliis datæ
A Natura aliæ. Fas igitur ducem
Rectâ fallere nesciam
Sanum quemque sequi. Corporis arduo
Dat flammas operi vigor,
Et fortes habili consilio regit
Mens nisûs aciê videns
Innatâ varias, quæ venient, vices.
Dos hæc utraque (1) nunc tuis,
Fortunate Chromi, moribus insidet,
Et juncto tibi nobiles
Usûs fida aperit fœdere. Quo (2) meâ
Multæ divitiæ in domo,
Quas arca in misero clausa tenet sinu?
Quid prosint mihi, ni frui
Quæsitis liceat, ni mihi apiscier
Clarum nomen, et indigis
Promptam detur opem ferre sodalibus?
Huc namque omnia fortium
Tendunt vota virûm, quos gravibus vigil
Exercet studiis Honor.
At felix (3), operis qui decus inclyti
Venturis

(1) Robur corporis et providentia mentis.
(2) Rectum usum divitiarum laudat in Chromio sub persona sua, ut solet.
(3) Poetica licentia usus nonnihil a poetæ verbis discessi, ut loco abrupto et obscuro lucem darem et nexum.

E. β'. K. η'.

Πολυτόνων ἀνδρῶν· ἐγὼ δ' Ἡ-
ρακλέος ἀντέχομαι προφρόνως,
Ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν
Μεγάλαις, ἀρχαῖον ὀτρύνων λόγον·
Ὡς, ἐπεὶ σπλάγχνων ὕπο ματέρος αὐ-
τίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν
Παῖς Διὸς ὠδῖνα φεύγων διδύμῳ
Σὺν κασιγνήτῳ μόλεν,

Σ. γ'. K. ι'.

Ὥς τ' οὐ λαθὼν χρυσόθρονον
Ἥραν κροκωτὸν σπάργανον ἐγκατέβα.
Ἀλλὰ θεῶν βασίλεια
Σπερχθεῖσα θυμῷ πέμπε δράκοντας ἄφαρ.
Τοὶ μὲν οἰχθεισᾶν πυλᾶν
Ἐς θαλάμου μυχὸν εὐρὺν ἔβαν, τέ-
κνοισιν ὠκείας γνάθους
Ἀμφελίξασθαι μεμαῶτες. ὁ δ' ὀρ-
θὸν μὲν ἄντεινεν κάρα,
Πειρᾶτο δὲ πρῶτον μάχας,

A. γ'. K. ι'.

Δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων
Μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας·
Ἀγχομένοις δὲ χρόνος

Ψυχὰς

[*Epod.* 2.] Ego vero in Hercule moror libenter, in summis [ejus] virtutum fastigiis, antiquam exordiens fabulam: quomodo, postquam ex visceribus matris serenam illico in lucem filius Jovis, partum evadens, gemello cum fratre prodiit,

[*Str.* 3.] ille quidem tum, non latens aurithronam Junonem, croceas fascias ingressus fuit; sed Deorum regina irritata animo immisit dracones protinus; qui quidem apertis portis in thalami penetrale amplum irrepserunt, puerulis avidas malas circumplicare cupientes. Ille autem erectum extendit caput fecitque periculum primum pugnæ

[*Ant.* 3.] duabus effugium-no-dantibus manibus suis geminos corripiens cervicibus ser-

Venturis dat, ut Hercules,
Factis augurium: Sistere cælitem
Victori puerum volo,
Virtutumque super culmina provolans
Priscam pandere fabulam.
Materno ex utero filius ut Jovis
In dium jubar exiit
Solis cum gemino (1) fratre doloribus
Elapsus, croceas statim
Cunas ingreditur, nec latet aureo
Spectantem e solio puer
Junonem. Subitis en furit ignibus
Iræ maxima Cælitûm,
Afroque horribiles mittit (2) atrox specu
Angues. Jam patulas fera
Intrant monstra fores; jam thalami intimis
Insultant penetralibus,
Et mâlas teneris letiferas avent
Circumvolvere pupulis,
Artûsque innocuos mandere. Sublevat
Et tollit caput ilicet,
Ac pugnæ specimen flammeus Hercules
Dat primum manibus duos
Invictis colubros corripiens simul,
Elidensque vibrantium
Cervices tumidas, donec ab horridis

 Efflent

(1) Iphicle, quem Alcmena una simul cum Hercule peperit.

(2) Pherecydes narrat serpentes fuisse ab Amphitryone immissos, ut experiretur uter infantium Jovis esset filius, et Iphiclen visis anguibus effugisse.

Ψυχὰς ἀπέπνευσεν μελέων ἀφάτων.
Ἐκ δ' ἄρ ἄτλατον βέλος
Πλᾶξε γυναῖκας, ὅσαι τύχον Ἀλκμή-
νας ἀρήγοισαι λέχει.
Καὶ γὰρ αὐτὰ ποσσὶν ἄπεπλος ὀρού-
σαισ' ἀπὸ στρωμνᾶς, ὁμῶς
Ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων.

Ε. γ'. Κ. ή.

Ταχὺ δὲ Καδμείων ἀγοὶ χαλ-
κέοις σὺν ὅπλοις ἔδραμον ἀθρόοι.
Ἐν χερὶ δ' Ἀμφιτρύων
Κολεοῦ γυμνὸν φάσγανον τινάσσων
Ἵκετ', ὀξείαις ἀνίαισι τυπείς.
Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει
Πανθ' ὁμῶς· εὐθὺς δ' ἀπήμων καρδία
Κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον.

Σ. δ'. Κ. ί.

Ἔστα δὲ θάμβει δυσφόρῳ
Τερπνῷ τε μιχθείς. εἶδε γὰρ ἐκνόμιον
Λῆμά τε καὶ δύναμιν
Υἱοῦ. παλιγγλωσσον δέ οἱ Ἀθάνατοι
Ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν.
Γείτονα δ' ἐκκάλεσεν Διὸς ὑψί-
στου

serpentes. Strangulatis vero tempus animas efflavit e membris iofandis. Iotolerabile veio sane jaculum [terror] percussit mulieres, quotquot Alcmenæ ministrabant puerperæ. Eteoim ipsa pedibus ouda prosiliens e strato, simul cum aliis propulsavit injuriam bestiarum.

(*Epod.* 3.) Coofestim autem Cadmæorum proceres aereis cum armis accurrerunt crebri. Manu quoque Amphitruo vagioa nudum vibrans ensem venit, acutis doloribus percussus. Nam domesticum [domestica calamitas] percellit omnes pariter, statim vero doloris-expers cor in luctu alieno.

(*Str.* 4.) Stetit vero io stuporem gravem jucundumque conjectus. Videbat enim excellentem animum fortitudinemque filii, et io cootrarium versam ei Immortales nunciantium narrationem effecerant. Vicinum evocavit Jovis altissimi prophetam exi-

Efflent corporibus nigras
Vi compressi animas. Percutit, obruit,
Ancillasque fugat timor,
Quot magnæ niveum rite puerperæ
Cingebant vigiles torum.
Ipsa Alcmêna pedes nuda, pepli (1) immemor
Stratis exilit et vocat
Amens auxilium, quod procul arceat
Diri perniciem mali.
Crebri unâ pariter protinus æreis
Cum telis proceres volant
Cadmæi. Gladium raptat et expedit
Vaginâ Amphitryon celer,
Et vultu referens cor lacerum suo.
Namque angi penitê solet
Damnis quisque suis, quem levis exteri
Luctûs vix dolor afficit.
Sed facto attonitus stat pater (2) horrido,
Jucundoque simul suæ
Spectans vim sobolis prodigio parem,
Et versum in subitam sibi
Ab Diis lætitiam flebile nuntium.
Vicinum ergo vocarier
Supremi celebrem et veridicum Jovis

 Vatem

(1) Non, quod peplo careret in lecto, sed quod ipsum abiecisset subito consternata terrore, et solo indusio tecta desiluisset e lecto, ut interpres Benedictus censet.

(2) Horrido, quia filios audierat interemptos; jucunda autem, quia præter opinionem invenit incolumes occisis draconibus, quemadmodum Benedictus idem optime animadvertit.

στου προφάταν ἔξοχον,
Ὀρθόμαντιν Τειρεσίαν. ὁ δέ οἱ
Φράζε καὶ παντὶ στρατῷ,
Ποίαις ὁμιλήσει τύχαις,

Α. δ'. Κ. ι.

Ὅσσους μὲν ἐν χέρσῳ κτανών,
Ὅσσους δ' ἐν πόντῳ θῆρας αἰδροδίκας,
Καί τινα σὺν πλαγίῳ
Ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντα, τὸν ἐχθρότατον
Φᾶσέ νιν δώσειν μόρον.
Καὶ γὰρ ὅταν Θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέ-
γρας γιγάντεσσιν μάχαν
Ἀντιάζωσιν, βελέων ὑπὸ ῥι-
παῖσι κείνου φαιδίμαν
Γαίᾳ πεφύρσεσθαι κόμαν

Ε. δ'. Κ. η.

Ἔνεπεν, αὐτὸν μὰν ἐν εἰρά-
νᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον σχὲν ἀεὶ
Ἡσυχίαν, καμάτων
Μεγάλων ποινὰν λαχόντ' ἐξαίρετον
Ὀλβίοις ἐν δώματι, δεξάμενον
Θαλερὰν Ἥβαν ἄκοιτιν,
Καὶ γάμον δαίσαντα πὰρ Δὶϊ Κρονίδᾳ
Σεμνὸν αἰνήσειν δόμον.

ΠΙΝΔ.

---

eximium, veridicum Tiresiam, qui ei exposuit et omni turbæ, quibuscum conflictaturus esset,

[*Ant.* 4.] quot in terra interfecturus, quotque in mari bestias immanes, quemque etiam hominum cum iniqua insolentia incedentem; diram ei dixit eum illaturum mortem. Atque etiam, quando Dii in campo Phlegræ cum Gigantibus pugna certaturi essent, telorum ictibus illius, fulgidam pulvere commixtum iri comam

[*Epod.* 4.] dixit, ipsum vero in pace per omne tempus fruiturum perpetua tranquillitate, laborum magnorum præmium consecutum eximium beatis in domibus, accepta florente Hebe uxore et nuptiis celebratis, apud Jovem Saturnidam augustam probaturum domum.

Vatem Tiresiam jubet.
Is regi et populo denso humeris graves
Casûs narrat et ardui
Ærumnas generis, quas patiens feret
Heros pectore aheneo;
Quot vastam per humum, quot pelago potens
Infestas perimet feras,
Utque obliquâ aliquem fraude superbiæ
Grassantem truculentius
Dextræ mortifero fulmine proteret:
Narrat, qualis in æquore
Phlegræ (1) sacrilegis ille Gigantibus
Concurret valido ingruens
Nimbo missilium, strataque corpora,
Fœdamque anguipedum comam
Monstrabit trepidis Cælicolûm choris;
Emenso mala denique
Ævi pacificum perpetis otium
Olli nuntiat asperis
Mercedem studiis, cum novus incola
Cæli stabit in ædibus,
Hebenque accipiens floridulam sibi
Vernantis sociam tori
Solis nota Deis gaudia colliget,
Gemmantemque Jovis vago
Mirans aspiciet lumine Regiam.

NEMEÆÆ

(1) Phlegra urbs Macedoniæ, apud quam vallis erat, ubi Gigantes cum Diis pugnasse dicuntur.

NEMEÆÆ SECUNDÆ

ARGUMENTUM.

Laudatur hic Timodemus a Timodemo oriundus auctore generis, Timonoi filius ex antiqua Tribu Acharnarum, Atheniensis ille quidem, sed in insula Salamine educatus. Patris ille exemplum sequutus Pancratiastæ fortissimi in Nemea ludis renuntiatus est Victor. Hanc victoriam Poeta nunc celebrat plures alias expectans in posterum in Isthmio etiam Pythioque certamine, ubi pater inclaruit. Olympica quoque victoria coronandum fore conjicit Timodemum Orioni similem; cumque sit Salaminius, non esse discessurum videt ab ea fortitudine, quæ Ajaci parem ipsum reddidit per victoriam. Nam Ajax in Troja cum Hectore districto gladio congressus est, Timodemus autem audaci Pancratio decertavit cum æmulis. Fortes creantur fortibus et majorum virtus in nepotem non transire non potest, cum ille eorum victorias contemplabitur, quas Delphis et in Isthmo Corinthio, et apud Nemeam et domi in minoribus Olympiæ ludis prope innumeras retulere. Nec aliter fieri potest, quia a Jove Timodemus suæ virtutis auspicium cepit in Nemea, ut deinceps posset coronas alias in ludis ceteris adipisci. Homeristis invocantibus Jovem in principio cantus vena prospera manat. Quidni Athletæ etiam conciliato sibi Jove succedat exitus felix? Invocatus est Juppiter, et victoriam dedit solemni honorandam pompa et hymno, cum in patriam Timodemus redibit.

NEMEA:

εἶδος ϛ'.

ΤΙΜΟΔΗΜῼ ΑΘΗΝΑΙῼ

Παγκρατιαστῇ.

Ο. β'.

Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι
Ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ
Ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμί-
ου· καὶ ὅδ' ἀνὴρ
Καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων
Νικαφορίας δέδεκται πρῶ-
τον, Νεμεαίου
Ἐν πολυϋμνήτῳ Διὸς ἄλσει.

Ο. β'.

Ὀφείλει δ' ἔτι, πατρίαν
Εἴπερ καθ' ὁδόν νιν εὐθύπομπος
Αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκεν
Κόσμον Ἀθάναις,
Θαμὰ μὲν Ἰσθμιάδων δρέπεσθαι
Κάλλιστον ἄωτον, ἐν Πυθί-
οισί τε νικᾷν
Τιμονόου παῖδ'. ἔστι δ' ἐοικός,

Ο. γ'.

NEMEA. II.

[*Ogdoas* 1.] Unde et Homeridæ carmina ut plurimum poetæ auspicantur, procemio a Jove ducto; inde etiam hic vir initium ex sacris certaminibus victoriarum petiit primum, Nemeæi in multum-decantato Jovis luco.

[*Ogd.* 2.] Oportet vero etiam, paterna siquidem in semita eum recta-ducens ævum magnis dedit ornamentum Athenis, frequenter Isthmiadum decerpere pulcherrimum florem, in Pythiisque vincere Timonoi filium. Est autem consentaneum,

N E M E A.

TIMODEMO ATHENIENSI

PANCRATIASTÆ.

ODE ASCLEPIADEA-PHERECRATIA II.

UT texti capiunt ab Jove (1) Homerici
Cantûs orsa poetæ,
Sic iste ad Nemeam Vit resono Jovis
E luco omen, et altum
Factis sumpsit ovans auspicium suis.
Cui Sots ergo paternum
Rectâ stravit iter magnanimo, ut foret
Magnis lumen Athenis,
Huic certe Isthmiaci mox dabit aureum
Campi carpere florem,
Cingi et sæpe satum Timonoo (2) volet
Pithûs fronde capillos.

(1) Poetæ Homeri posteri poesim ejus recitare solebant populo, et auspicari plerumque cantum a Jove.

(2) Timonous Timodemi pater et ipse pugil fuit, et forte in Isthmiis Pythiisque Victor certaminibus.

O. γ.

Ὀρειᾶν γε Πελειάδων
Μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖσθαι. καὶ μὰν
Ἁ Σαλαμίς γε θρέψαι
Φῶτα μαχατὰν
Δυνατός. ἐν Τροίᾳ μὲν Ἕκτωρ
Αἴαντος ἄκουσεν. ὦ Τιμό-
δημε, σὲ δ' ἀλκὰ
Παγκρατίου τλάθυμος ἀέξει.

O. δ'.

Ἀχάρναι δὲ παλαίφατον
Εὐάνορες. ὅσσα δ' ἀμφ' ἀέθλοις Τιμο-
δημίδαι ἐξοχώτα-
τοι προλέγονται.
Τὰ μὲν ὑψιμέδοντι Παρνα-
σῷ, τέσσαρας ἐξ ἀέθλων νί-
κας ἐκόμιξαν·
Ἀλλὰ Κορινθίων ὑπὸ φωτῶν

O. ε.

Ἐν ἐσλοῦ Πέλοπος πτυχαῖς
Ὀκτὼ στεφάνοις ἔμιχθεν ἤδη· ἑπτὰ
Δ' ἐν Νεμέᾳ. τὰ δ' οἴκοι,
Μάσσον' ἀριθμῷ,

Διός

[*Ogd.* 3.] montanis a Plejadibus non procul Orionem incedere. [h. e. victoriæ Nemeææ succedere Isthmicam et Pythicam.] Atqui Salamis educare virum bellicosum apta. Apud Trojam Hector Ajacem expertus est. Te vero, o Timodeme, fortitudo pancratii laboriosa celebrem facit.

[*Ogd.* 4.] Acharnæ autem antiquitus fortium virorum altrices. Quoties vero in certaminibus Timodemidæ præstantissimi recensentur! Prope altum quidem Parnassum quatuor ex certaminibus victorias reportarunt; at a Corinthiis [Corinthiorum judicio]

[*Ogd.* 5.] in fortis Pelopis recessibus octo jam coronas consequuti sunt; septem autem Nemeæ; domi vero parta in Jovis certamine numero majora. Quem, [Jovem,]

Montano Oarion (1) Plēïadum choro
    In vastâ nequit æthrâ
Sejungi, et Salamis (2) belligerûm potis
    Nutrix esse virorum.
Ajacem siquidem nil timidum mori
    Trojæ sensit ad urbem
Hector fulmineus, Teque laboribus,
    Heros Attice, duris
Insignem indomiti Pancratii grave
    Tollit robur in astra.
Nil mirum. Celebres germine fortium
    Fama æternat (3) Acharnas.
O primum quoties omnigeno tui
    In certamine patres
Accepere decus: Splendida quattuor
    Hex Parnasus ab alto
Ollis dona dedit, dona (4) Corinthius
    Octo præco vetusti
Vulgavit Pelopis dulciter in sinu,
    Et collecta leonis
Sunt septem e silüâ. Cetera quis domi
    Sacro parta Tonantis
In ludo, numerum quæ fugiunt, canat?

 Cives,

(1) Ut Orion semper Plejadas sequitur Cyllenii montis nymphas, ita Isthmiæ Pythiæque Timodemi victoriæ comes ibit Olympica.

(2) Victoris majores Athenienses habitatum olim venerant Salaminem, ibique Timodemum filium educari pater curaverat, ut fortissimos ejus insulæ viros, et Ajacem præsertim imitaretur.

(3) Acharnæ vicus Attici soli, in quo Timodemidæ floruerunt.

(4) Isthmici certaminis præsides et judices erant viri Corinthii.

Διός ἀγῶνι. Τὸν, ὦ πολῖται,
Κωμάξατε, Τιμοδήμῳ σὺν
Εὐκλεῖ νόστῳ·
Ἀδυμελεῖ δ' ἐξάρχετε φωνᾷ.

ΠΙΝΔ.

---

vem,] o cives, celebrate Timodemi in glorioso reditu; suavisonaque auspicamini voce.

Cives, eja, rotatos
Inceptate choros unanimes Jovi,
Et clarum Timodêmo
Mulcentes reditum fundite melleos
Festis vocibus hymnos.

ODES NEMEÆÆ TERTIÆ

ARGUMENTUM.

Cum Pindarus non eo tempore, quo parta victoria est, sed multo post eandem rogatus esset, ut Aristoclidi Æginetæ Aristophanis filio pancratiastæ carmen texeret, nec rem tantam satis apte se perficere posse sentiret sine animi incitatione, sibi esse ante omnia confugiendum duxit ad Musam, quæ gloriosum victoriæ facinus quasi præsens sistendo necessarium vati suscitaret ardorem. Orat itaque illam, ut ad insulam Æginam, quam Dores olim habitabant, una cum ipso se transferre velit, et hymnum inspirare, qui victoriam deceat, et a thoro juvenum expectante pompam cum dignitate eani possit ad Asopum fluvium. Ut enim alia alii facto laudabili merces convenit, sic victoriæ propria merces coronarum, et virtutum comes cantus est. Quare iterum invocata Musa laudem incboat Aristoclidis a patria Ægina antiquorum olim Mirmydonum sede, quam ille pancratio Victor novo lumine auxit Heroas æmulatus indigenas. Consentanea siquidem formæ corporis patrans eo virtutis eveetus est, ut ei ulterius progredi nequaquam liceat. Brevi hic digressione facta in laudem Herculis, qui duas columnas, navigationis terminum, in mari statuit, sese revocat ad propositum Heroem alienum relinquens, ut domesticos laudet ad Æginetæ honorem victoriæ. Monet igitur animum suum, ut errare desinat ab argumento ad promontorium deflectens, quod illum avocat a recta navigandi via, et ad Æaci genus sapienter proram convertat. Æquum quidem est, ut viri laudentur boni, qualis est Hercules, sed Thebani Herois laudes nihil faciunt ad hominis Æginensis gloriam. Patriæ vero heroes ad dulce aliquid eanendum suppeditare materiam possunt satis amplam. Hi ergo justis et aptis commendari debent laudibus, ut ornetur victoria. Adest Peleus, qui Jolcum expugnavit ac fugientem Thetin et se immutantem omni labore superato in uxorem cepit; adest

Tela-

Telamon, qui regnante Laomedonte Jolao astans aurigæ Herculis evertit Ilium, eundemque Jolaum sequens et Herculem contra Amazonas irruit propter aureum Reginæ Hippolytes baltheum, ut Scholiastes narrat, quin timor illi unquam animi extinxerit fortitudinem. Tantum prævalet disciplinæ natura. Nam ille semper in opere excellit, quem innata regit virtus, cum is, qui ab arte accepit, quod habet, incertus et instabilis hac et illac sine consilio feratur, et multa agendo nihil agat, quod perfectum dici possit ac sit. Hinc Achilles adhuc puer ingenerato vigore fervens brevi jaculo magna patrabat, quasi per ludum, ventisque par leones interficiebat et apros et corpora palpitantia ad Chironem Centaurum afferebat sexennis. Diana deinceps et Minerva toto ævi tempore stupebant admirandi virtutem juvenis sine canibus retibusque cervos velocitate pedum captantem. Tali tamque felici ejus indoli in ædibus Philyræ, in quibus Chiron Jasonem et Æsculapium antea educaverat, ea animi et corporis fortitudo institutione accessit, ut ipse Trojam profectus Lyciorum, Dardanorum et Phrygum invictus sustineret tumultum, et cum hastatis Æthiopibus congressus Memnoni in patriam reditum intercideret. Splendor hinc Æacidis Aristoclidis majoribus longe lateque fulgens surrexit, et Æginetas ita celebres reddidit, ut Pindarus in hac aliisque Odis, quæ sequuntur, se continere non potuerit, quin Æacidas magnifica Æginæ lumina Græcis ceteris ad contemplandum proponeret. Extollit autem Æginam, ut ex patriæ nobilitate magis exstet Aristoclidis virtus alta inter Heroas, qui genus ducunt ab Jove, et ab ipso ad præclara facinora diriguntur, ac patria ipsa ex inclyta victoris virtute clarior fiat illustrata poetarum cantibus in templo Pythii Apollinis, quod Theôrum dicitur. Nam qualis et quantus Aristoclides sit non opinione, sed factis liquido patet, fortitudine scilicet in Nemeæo certamine experta, et morum facilitate, qua ipse cujusque ætatis ingenio sese accommodat tribus humanæ vitæ virtutibus quartam adjiciens, quæ præsentia et ante pedes posita prudenter curat. Immixtus est autem Victor inter eximios Æginæ viros, ut illis fuisse virtute similis ostendatur in omnium maxima et ardua decertandi palæstra.

lastra. Sero mittit poeta Aristoclidi carmen sub allegoria mellis, lactis et roris potione expressum tarditatem suam compensans poeseos præstantia. Nam se aquilæ, alios vero sui temporis poetas graculis confert. Felix propterea Aristoclides est, quia ipsum Clio non a Nemea solum, sed ab Epidauro et Megaris triumphantem prosequitur, ac triplici ostentat coronatum victoria.

εἶδος γ'.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔῌ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

Παγκρατιαστῇ.

Σ. ά. Κ. ιγ'.

Ω̃ πότνια Μοῖσα, μᾶτερ
Ἁμετέρα, λίσσομαι,
Τὰν πολυξέναν ἐν
Ἱερομηνίᾳ Νεμεάδι
Ἵκεο Δωρίδα νᾶσον Αἴγι-
ναν. ὕδατι γὰρ μένοντ' ἐπ' Ἀσωπίῳ
Μελιγαρύων τέκτονες
Κώμων νεανίαι, σέ-
θεν ὄπα μαιόμενοι.
Διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου·
Ἀεθλονικία δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν
Φιλεῖ, στεφάνων ἀρετᾶν τε
Δεξιωτάταν ὀπαδόν.

Α. ά. Κ. ιγ'.

Τᾶς ἀφθονίαν ὄπαζε
Μήτιος ἁμᾶς ἄπο·
Ἄρχε δ' οὐρανῷ πο-

λυνεφέλα

NEMEA. III.

[*Str.* 1.] O veneranda Musa, mater nostra, supplex oro, ad hospitalem sacro hoc Nemeadum mense venias ad Doricam insulam Æginam. Aquam enim exspectant apud Asopiam [te] mellisonorum artifices hymnorum juvenes, tuæ vocis cupidi. Desiderat autem res alia aliud; certaminum vero victoria maxime cantum amat coronarum virtutumque dexterrimum comitem.

[*Ant.* 1.] Cujus copiam deprome ex ingenio meo, ordireque cæli multinubis regi, [tu]

N E M E A.

ARISTOCLIDI ÆGINETÆ

PANCRATIASTÆ.

ODE PYTHIO-JAMBICA III.

CAlliopê, veneranda parens, lux aurea vatum,
  Ne sperne Doricum, precor,
Æginæ littus, Nemeæque ardentia festa,
  Et civium undam et hospitum
Visere mense sacro. Juvenes Te namque venustum
  Asôpi (1) ad amnem dulcium
Hymnorum fabri expectant, cupiuntque loquentis
  Almo beari nectare.
Haud hominum factis præmî (2) sitis omnibus una est;
  Sed inclytæ gratissimum
Virtuti, et sertis comitem super omnia cantum
  Sors alta Victorum petit.
Ergo largifluam menti da surgere venam,
  Regique cæli, filia,
Augustâ nebulæ caligine circumfuso
  Ordire festi textile

 Hymni

(1) Asopus fluvius non longe a Nemea apud Sicyonem decurrit.

(2) Alia aliæ res desiderant præmia, coronæ vero victoriarum hymnos amant.

λυτεφίλα κρέοντι, θύγατερ,
Δόκιμον ὕμνον. ἐγὼ δ' ἐκείνων
Τέ μιν ὀάροις λύρᾳ τε κοινώσομαι.
Χαρίεντα δ' ἕξει πόνον
Χώρας ἄγαλμα, Μυρμι-
δόνες ἵνα πρότεροι
Ὤικησαν, ὧν παλαίφατον ἀγοράν
Οὐκ ἐλεγχέεσσιν Ἀριστοκλείδας
Ἐὰν ἐμίανε κατ' αἶσαν,
Ἐν περισθενεῖ μαλαχθεὶς

Ε. ά. Κ. ιά.

Παγκρατίου στόλῳ. και-
ματωδέων δὲ πλαγᾶν
Ἄκος ὑγιηρὸν ἐν
Βαθυπεδίῳ Νεμέᾳ
Τὸ καλλίνικον φέρει.
Εἰ δὲ ὢν καλὸς
Ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾷ
Ἀνορίαις ὑπερτάταις ἐπέβα
Παῖς Ἀριστοφάνευς· οὐκέτι πρόσω
Ἀβάταν ἅλα κιόνων
Ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρές·

Σ. β'. Κ. ιγ'.

Ἥρως Θεὸς ἃς ἔθηκεν

Ναυτι-

[tu] filia [ejus,] acceptum hymnum; ego vero illorum ipsum cum cantu lyraque communicabo. Gratum vero habebit laborem [hunc hymnum meum] insulæ decus [Ægina;] Myrmidones ubi prisci habitarunt: quorum antiquitus-celebrem gentem non dedecoribus Aristoclides pro sua contaminavit parte fractus in

[*Str.* 1.] pancratii cœtu. Laboriosarum autem plagarum levamen salubre in fertili Nemea pulcra victoria affert. Cum vero idem formosus, formæque consentanea gerens, ad virtutem supremam evectus sit filius Aristophanis; non ei jam ulterius invium mare, columnas ultra Herculis, trajicere facile est:

[*Str.* 2.] Heros Deus quas posuit navigationis extremæ testes inclitas; postquam

domuit

Hymni læta melos. Cantorum vocibus ipsum,
  Chordisque miscebo lyræ,
Ut nostrum accipiar ridenti fronte laborem
  Ægîna porrectæ decor
Telluris, quam Myrmidones (1) coluere vetusti,
  Cujusque claram ab ultimis
Temporibus gentem, quantum dara copia, nîtens
  Non labe facti turpiter
Pancratii victis aspro in certamine nervis
  Aristoclides polluit,
Ar dulce anxiferis Nemeæo ex æquore plâgis,
  Præsensque lenimen refert
Crinibus impositum Victor. Si pulcher it ille,
  Idemque pulcritudini
Facra dat æqua suæ, supero fastigia dono
  Extrema (2) laudis attigit
Natus Aristophanis; nec dorsa per invia ponti
  Ultra columnas Herculis
Ire licet, nautis tesres quas ille supremæ
  Locarat insignes viæ,

Postquam

(1) Prisci Æginæ incolæ ita sunt appellati, quod eos Juppiter ex formicis inde natis primum creavit, ut auctor est Hesiodus.

(2) Formam et fortitudinem Victoris laudat simul, quod ex illis simul junctis summa gloria ipsi provenerit. Cum enim eximiam formam victoria eximia condecorarit, nihil melius potest assequi quam quod jam est assequutus.

Ναυτιλίας ἐσχάτας
Μάρτυρας κλυτάς· δά-
μασε δὲ θῆρας ἐν πελάγει
Ὑπερόχως· ἰδίᾳ τ' ἐρεύνα-
σε τεναγέων ῥοὰς, ὅπα πόμπιμον
Κατέβαινε νόστου τέλος,
Καὶ γᾶν φράδασσε. Θυμὲ,
Τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν
Ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμείβῃ;
Αἰακῷ σε φαμὶ γένει τε Μοῖσαν
Φέρειν. ἕπεται δὲ λόγῳ δί-
κας ἄωτος, ἐσλὸς αἰνεῖν·

A. β'. K. ιγ'.

Οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες
Ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες.
Οἴκοθεν μάτευε.
Ποτίφορον δὲ κόσμον ἔλαβες
Γλυκύ τι γαρυέμεν. παλαιαῖ-
σι δ' ἐν ἀρεταῖς γέγαθε Πηλεὺς ἄναξ,
Ὑπέραλλον αἰχμὰν ταμών.
Ὅς καὶ Ἰωλκὸν εἷλεν,
Μόνος ἄνευ στρατιᾶς·
Καὶ ποντίαν Θέτιν κατέμαρψεν
Ἐγκονητί. Λαομέδοντα δ' εὐρυ-

σθενὴς

---

domuit belluas in pelago ingentes, proprioque consilio scrutatus est paludum fluenta, quousque reditus terminus patet, processit, terramque notam fecit. Anime, quodnam ad peregrinum promontorium meam navigationem deflectis? Æaco te jubeo generique ejus Musam afferre. Adest vero carmini æquitatis flos [æquitas] ut bonos laudet.

[*Ant.* 2.] Neque alienarum laudum studium quemquam adferre, fas est. Domestica quære. Commodum autem decus accepisti [habes] ad dulce aliquid canendum. Nam antiquis [antiquitus jam] virtutibus gavisus est Peleus rex, eximiam hastam quum resecuisset; qui et Jolcum expugnavit solus sine exercitu, et marina Thetide potitus

est

Postquam vasta truces Deus heros monstra per undas
    Percussit, atque uno suæ
Consilio mentis cava littora, stagnaque passim,
    Æstûsque lustravit maris,
Quosque intra terræ fines sulcanda carinis
    Alto pateret semita,
Faustus et unde foret reditus. Quo curris, et oræ
    Ad quod peregrinæ caput
Deflectis proram, mea mens? Te sistere Musam
    Nunc Æaco et stirpi volo.
Flos justi laudes ornat, quæ grandia facta
    Virosque fortes prædicant.
Sed decora haud ulli, gentis cui propria lucent,
    Externa fas est quærere.
Quære domo. Seges inde tibi nam traditur ampla
    Dulcisque origo carminis.
Eximiis gaudens Pêleus virtutibus olim,
    Hastile (1) vincens omnia
Cum sibi truncasset nemoris, sine milite (2) solus
    Jolci in oppidum ruit,
Transformemque Thetin (3) fugienti instare laborans
    Amplexibus strinxit suis.
Fulmineo Telamon gravis ictu Laomedonta

Jolao

(1) Hastam Peleo sectam a Chirone fuisse Homerus tradit, ab ipso Peleo Pindarus.

(2) Non solus, nec sine exercitu Jolcum Thessaliæ oppidum Peleus cepit, sed Jasonem et Tyndaridas commilitones habuit. Poeta vero rem exaggerat, ut Æginetæ gratificetur.

(3) Thetim fugientem, et nuptias mortalis hominis aversantem, seseque, ut evaderet, in varias formas immutantem superato labore omni tandem vicit, sibique junxit constantia sua in uxorem.

σθενὴς Τελαμὼν, Ἰόλᾳ πα-
ραστάτας ἐὼν, ἔπερσεν·

E. β'. K. ιά.

Καί ποτε χαλκοτόξων
Ἀμαζόνων μετ' ἀλκὰν
Ἕπετό οἱ· οὐδέ μιν
Ποτε φόβος ἀνδροδάμας
Ἔπαυσεν ἀλκὰν φρενῶν.
Συγγενεῖ δέ τις
Εὐδοξίᾳ μέγα βρίθει.
Ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφηνὸς ἀνὴρ,
Ἄλλοτ' ἄλλα πνέων οὔποτ' ἀτρεκεῖ
Κατέβα ποδὶ· μυριᾶν
Δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται.

Σ. γ'. K. ιγ'.

Ξανθὸς δ' Ἀχιλεὺς, τὰ μὲν, μέ-
νων Φιλύρας ἐν δομοις,
Παῖς ἐὼν ἄθυρεν
Μεγάλα ἔργα χερσὶ θαμινὰ,
Βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων,
Ἶσον τ' ἀνέμοις, μάχᾳ λεοντεσσιν ἀ-
γροτέροις ἔπρασσεν φόνον·
Κάπρους τ' ἔναιρε· σώμα-

τα δὲ

---

est magno cum labore. Laomedontem autem præpotens Telamon, Jolao latus tegens, prostravit;

[*Epod.* 2.] et quondam æreo-arcu-insignium Amazonum ad exercitum secutus est eum, neque ipsi unquam timor virorum-domitor exstinxit fortitudinem animi. Congenita autem quisque virtute multum excellit; qui vero e disciplina accepit, obscurus vir, alias alia spirans, (mollens,) nunquam firmo incedit pede, et sexcenta præclara facinora imbecilli mente degustat. (affectat.)

[*Str.* 3.] Flavus autem Achilles partim quamdiu mansit Philyræ in ædibus, puer adhuc, ludebat (ludendo tractabat) magnas res, manibus crebro brevi-ferro-munitum jaculum vibrans ventis par: pugna leonibus feris moliebatur cædem, aprosque conficiebat;

Jolao in armis additus
Prostravit, socioque comes perrumpere et ipsum
Horrens coruscis arcubus
Agmen Amazonidum visus, quin pectus ahenum,
Roburque inexpugnabile
Parte ullâ Heroi quateret, mortalibus acres
Qui frangit impetûs, timor.
Quem (1) virtus innata regit, prælustribus ille
Spectandus actis eminet;
Is contra, nisûs miserâ qui sumit ab arte,
Obscurus incerto pede
Et titubans graditur semper, præclaraque mille
Affectat et libat bona,
Nec quidquam invalidæ prensat molimine mentis,
Sibique fidum possidet.
Ast operum, sacro (2) Philyræ cum degeret antro
Flavis Achilles crinibus,
Narratur puer instinctâ miracula sæpe
Patrasse per ludum manu.
Ære brevi armatum rapidoque volucrius Euro
Vibrare promptus missile
Pugnabat, subitæque feros dabat ille leones,
Aprosque montanos neci,

 Gaude-

(1) Universe effert, quod intelligi de Telamone vult.

(2) In spelunca Chironis et Philyræ. Nominat autem poeta solum Philyram, quia Achilles puer egebat femineo magis auxilio, quam Chironis, qui adultum instruere debebat ex officio in iis, quæ bellicosum Heroa decerent et Principem gloriosissimum.

τα δέ παρά Κρονίδαν
Κένταυρον ἀσθμαίνοντα κόμιζεν,
Εξέτης τό πρῶτον. ὅλον δ' ἔπειτ' ἂν
Κρόνον τὰν ἐθάμβεεν Ἄρτε-
μίς τε καὶ θρασεῖ Ἀθάνα,

A. γ'. K. ιγ'.

Κτείνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυ-
νῶν δολίων θ' ἑρκέων·
Ποσσί γάρ κράτεσκεν.
Λεγόμενον δέ τοῦτο πρότερον
Ἔπος ἔχω. Βαθυμῆτα Χείρων
Τράφε λιθίνῳ γ' Ἰάσον' ἔνδον τέγει,
Καὶ ἔπειτά γ' Ἀσκληπιόν·
Τὸν φαρμάκων δίδαξεν
Μαλακόχειρα νομόν.
Νύμφευσε δ' αὖθις ἀγλαόκαρπον
Νηρέως θύγατρα· γόνον τέ οἱ φέρ-
τατον ἀτίταλλεν ἐν ἀρμέ-
νοισι πάντα θυμὸν αὔξων.

E. γ'. K. ιά.

Ὄφρα θαλασσίαις ἀ-
νέμων ῥιπαῖσι πεμφθεὶς
Ὑπό Τροίαν δορί-
κτυπον ἀλαλὰν Λυκίων

Τε

---

ciebat; corporaque ad Saturnium Centaurum palpitantia portabat, sexennis primum. [partim] vero toto deinceps tempore eum obstupescebat Dianaque et animosa Minerva

[*Ant.* 3.] interficientem cervos sine canibus dolosisque septis. Pedibus enim valebat. Narrationem vero hanc teneo priscam. Prudens Chiron educavit saxeo Jasonem in tecto, et postea ibi Æsculapium, quem medicamenta docuit molli manu applicare. Despondit postea [Peleo] brachiis-venustam Nerei filiam, sobolemque ejus præstantissimam [Achillem] educavit, convenientibus præceptis totum ejus animum imbuens:

[*Epod.* 3.] ut marinis ventorum impulsibus deductus ad Trojam hastifremum tumultum

Gaudebatque statim trepidantia corpora dio
    Afferre sexennis seni.
Tempore dehinc toto labente volubilis ævi
    Illum Diana (1) et bellicis
In campis ardens Pallas stupuere necantem
    Per lustra cervos retium
Fraudibus amotis canibusque, quod alite pernix
    Pedum (2) valeret impete.
Prodigiosa loquor vates, quæ fama perenni
    Antiqua firmavit sono.
Marmorei sapiens Chiron sub fornice tecti
    Eduxit altor inclytum
Æsoniden primum, dein Phœbi nobile germen
    Æsclâpium molli asperis
Applicuisse manu docuit medicamina morbis;
    Pulcram lacertos postea
Is Nerêi natam Pelêo despondit, et inde
    Ortum sagaci sedulus
Erudiit studio juvenem generosa decoræ
    Præcepta fortitudinis,
Indomitosque ausûs afflans, queis ille marini
    Agente venti flamine

Trojam

(1) Admiratio Dianæ et Minervæ ob specatam pueri Achillis fortitudinem in tenera ætate plane demonstrat, qualis et quantus puer ille in bello futurus esset per eximia et ipsi poetæ incredibilia facta.

(2) Pedum celeritatem in Achille laudat Pindarus exemplo Homeri, quod illa ad insequendum hostem, et ad varios pugnæ eventus declinandos maxime opportuna est.

Τε προσμένοι καὶ Φρυγῶν
Δαρδάνων τε, καὶ
Ἐγχεσφόροις ἐπιμίξαις
Αἰθιόπεσσι χεῖρας ἐν φρεσὶ πά-
ξαιθ', ὅπως σφίσι μὴ κοίρανος ὀπίσω
Πάλιν οἴκαδ' ἀνεψιὸς
Ζαμενὴς Ἑλένοιο Μέμνων μόλοι.

Σ. δ'. Κ. ιγ'.

Τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος
Αἰακιδᾶν αὐτόθεν,
Ζεῦ· τεὸν γὰρ αἷμα·
Σέο δ' ἀγὼν, τὸν ὕμνος ἔβαλεν,
Ὀπὶ νέων ἐπιχώριον χάρ-
μα κελαδέων. βοὰ δὲ νικαφόρῳ
Σὺν Ἀριστοκλείδᾳ πρέπει·
Ὅς τάνδε νᾶσον εὐκλέ-
ϊ προσέθηκε λόγῳ
Καὶ σεμνὸν ἀγλααῖσι μερίμναις
Πυθίου Θεάριον. ἐν δὲ πείρᾳ
Τέλος διαφαίνεται, ὧν τις
Ἐξοχώτερος γένηται,

Α. δ'. Κ. ιγ'.

Ἐν παισὶ νέοισι, παῖς· ἐν

Δ'

---

multum Lyciorumque sustineret et Phrygum Dardaniorumque, et cum hastigeris congressus Æthiopibus manus præcordiis infigeret, ut ne illorum rex, Heleni patruelis, animosus Memnon domum iterum rediret.

[*Str.* 4.] Inde procul effulgens exstitit lumen Æacidarum, o Jupiter. Tuus enim sanguis sunt.] Tuum vero etiam certamen [est,] quod hymnus [hic] attigit voce juvenum, domesticam victoriam celebrans. Cantus vero victorem Aristocliden ornat, qui hancce insulam celebri admovit famæ præclarisque poetarum curis sacrum Pythii Thearium. Experiundo vero tandem conspicitur, [quo in certaminum genere] quisque excellentior fuerit.

[*Ant.* 4.] Inter pueros juvenculos puer, inter viros vir; tertia inter provectiores pars

Trojam delatus Lycias Phrygiasque catervas
Et Dardanas clamoribus
Bellantum horribiles, mixtimque frementibus hastis
Vi sustineret igneâ,
Æthiopumque furore gravi lymphata lacessens
Premensque fortis agmina
Figeret hoc cordi, pugnando et vellet, ut ipse
Dux gentis audax illius
Cognatus Memnon Heleno ne rursus amatam
Adire posset Regiam.
Hinc genus Æacidûm longe lateque refulgens
Tibi superbit, Juppiter.
Est tuus ille etenim (1) sanguis, tua splendida (2) ludi
Est pompa, quam perit meus
Nunc hymnus juvenum jaculanti voce sonantum
Suæ triumphum patriæ.
Debita vox cantûs Victori, qui modo celsæ
Hanc insulam famæ dedit
Clarandam, Pythîque simul venerabile (3) Templum
Phœbì poetarum sacris
Commisit curis. Quantus sit quisque, per actûs
Experta monstrat indoles.
Est puer is pueris carus, gravitate viriles

Vir

(1) Ab Æaco Jovis filio Æginetæ venere idcirco Æacidæ appellati, et Æginæ populus Jovis sanguis, quia ab illo deductus fuit.

(2) Nemeæi ludi consecrati fuere Jovi ab Hercule in memoriam Archemori.

(3) Thearium, vel Theorum, Templum Apollinis, in quo θεωροὶ sacra faciebant, et ipse Aristoclides in eorum numerum scriptus.

Δ' ἀνδράσιν, ἀνὴρ· τρίτον
Ἐν παλαιτέροισι
Μέρος· ἕκαστον οἷον ἔχομεν
Βρότεον ἔθνος. ἐλᾷ δὲ καὶ τέσ-
σαρας ἀρετὰς ὁ μακρὸς αἰὼν, φρονεῖν
Δ' ἐνέπει τὸ παρκείμενον.
Τῶν οὐκ ἄπεστι. χαῖρε
Φίλος. ἐγὼ τόδε τοι
Πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ
Σὺν γάλακτι. κιρναμένα δ' ἔερσ' ἀμφ-
έπει πόμ' ἀοίδιμον Αἰο-
λῖσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν,

E. δ'. K. ιά.

Ὀψέ περ. ἔστι δ' αἰε-
τὸς ὠκὺς ἐν ποτανοῖς,
Ὃς ἔλαβεν αἶψα τη-
λόθε μεταμαιόμενος
Δαφοινὸν ἄγραν ποσίν·
Κραγέται δὲ κο-
λοιοὶ ταπεινὰ νέμονται.
Τὶν γε μὲν, εὐθρόνου Κλεοῦς ἐθελοί-
σας, ἀεθλοφόρου λήματος ἕνεκεν
Νεμέας, Ἐπιδαυρόθεν
Τ' ἄπο, καὶ Μεγάρων δέδορκεν φάος.

ΠΙΝΔ.

---

pars [ætas] est, qualem quodlibet assequimur mortale genus. [nos hominum quisque.] Suas vero etiam quarto loco virtutes affert senectus, prudenterque tractare jubet id quod in manibus est. A quibus non abest [Aristoclides.] Salve amice. Ego hocce tibi mitto mixtum mel candido cum lacte, admixtusque ros temperat potum cantabilem ad Æolicos flatus tibiarum,

[*Epod.* 4. sero licet. Est autem aquila velox inter volucres, quæ corripit statim e longinquo insequuta cruentam prædam pedibus. Clamosi contra graculi humilia depascunt. Tibi quidem, pulcrithrona Clio volente, victoris animi causa a Nemea Epidauroque Megarisque affulget decus.

Vir præstat inter ordines,
Itque senex sapiens senibus. Nam tertia vitæ
Pars ista mortali venit.
At ternis ultro virtutem longior ætas
Quartam ministrat dotibus,
Quâ posita ante pedes mens secum volvat, et uti
Præsentibus curet bonis.
Tale vito ingenium nostro, morumque relucet
Jucunda cunctis gratia.
Salve ter felix Victor, clarissime salve;
Optatus en adsum tibi.
Ecce tibi niveo vates nunc lacte remistum
Mel dulce mitto, tibiæ
Rorem, qui Æolio de flamine spirat, et almi
Oram coronat poculi.
Ne serum doleas munus. Regina volucrum
E nubibus celerrima
Vestigat procul, et visam simul impete facto
Cruenta prædam corripit,
Vili cœnosæ dum vallis ad infima pastu
Clamosa se cornix alit.
O te felicem, cui serta Epidauria (1), et illa
Quæ vere primo strenuus
Cepisti Megaris (2), Nemeæaque sanguine parta
In aureo sedens throno
Luce suâ Clio vestit, Grajoque novella
Dat astra cælo conspici;

(1) Æsculapio sacri ludi in Epidauro celebrabantur.

(2) Ubi Dioclea fiebant, Pythia et Alcathoia ineunte vere certamina.

NEMEÆÆ QUARTÆ

ARGUMENTUM.

EXantlati laboris in Palæstra felix exitus medicina est optima, nec tantum fessos artus Thermæ recreant, quantum dulcedo victoriæ Musarum rore conspersa demulcet animos. Cantus enim citharæ comites res bene gestas ab oblivione vindicant et immortales reddunt. Hinc Poeta vim talem optat hymno suo, ut ea, qua par est, dignitate Saturnium Jovem celebret ac Nemeam, ubi lucta Timasarchus victoriam retulit, et Æginæ civibus gratum munus conciunet. Jam ille quasi voti compos Timasarcho paratum carmen tanti esse videt, ut illud pater ejus Timocritus citharædus insignis, si viveret, quam libentissime sonaturus esset una cum suis victoriis, quas olim ex Cleonæo, Attico Thebanoque certamine reportavit honoratus præcipue a Thebanis civibus, qui ipsum propter Æginam sororem Thebes sibi conjunctum læti et alacres floribus coronarunt. Mutuus enim amor Thebanos inter et Æginetas erat jam inde ab Hercule Æacidarum hospite et amico, qui Telamoni in bello comes præclara gessit facinora. Ea cursim Poeta memorat, perinde ac Hercules ex Æginetis unus esset, nihilque minor Telamone, quod Ilium everterit, profligarit Meropas, et Alcyoneum Gigantem post acceptam cladem invictus tandem oppresserit. Digressio brevis est, quia longam vetat laudativi lex carminis, et novæ Lunæ tempus instat, quo Timosarcho promissus hymnus debetur. Abrumpit igitur sapiens Lyricus narrationem, ut invidis obtrectatoribus ansam auferat calumniandi, et se temperata evagandi ratione longe illis esse superiorem ostendat. Nam ipse facultatem a Deo sentit sibi datam esse, qua obruat æmulos poetica luce radians crescente in dies et in posterum duratura. Relicto itaque Thebano Heroe ad Æginenses, quorum in Nemeæ ludo fortitudinem æmulatus est Timasarchus, totam laudem convertit, ut ex illustri majorum serie clarisque factis nepotis etiam hæreditaria virtus eluceat. Jam ille cithara ad Lydium melos accommodata egregios recenset viros, quos Ægina late diffudit per Græ-

cas

eas urbes, Teucrum scilicet Cypri regem, Ajacem Salamina, Leuces Achillem, Phthiæ Thetin reginam, Epiri dominatorem Neoptolemum, Peleum demum, qui expugnavit Iolcum, reluctantem Thetin vicit, et obtinuit conjugem honestante nuptias præsentia Deorum, qui ipsi posteroque generi collatis opibus muneribusque splendidis cumularunt potentiam. At quorsum hic a Pindaro locorum, quæ ad Æginam minime pertinere videntur, mentio fit? Quia nimirum loca illa ab Æginetis occupata fuere, et regiis ornata virtutibus artibusque pacis et belli. Laus ista certe grata Æginæ esse debuit et populis, quos ipsa sibi honorifica propinquitate conjunxit. Nobilitas porro patriæ, quam prædicari ex officio a poeta oportebat gloriosam Heroum matrem, eo majorem dignitatem affert suis civibus, quo major in illis excellentium viget similitudo factorum. Quare Æginæ splendori ab Æacidis orto adjunxit Pindarus Theandridarum gentem, ex qua Victor Timasarchus descendit, quæque plurimis et insignibus Olympiæ, Isthmi ac Nemeæ semper fuit coronata victoriis, et multos hymnos in Athletarum laudem adhuc servat tribuum omnium præstantissima. Vivit avunculi Calliclis æterna virtus, quæ apud Isthmum Corinthio se redimivit apio columnam merita Pario marmore candidiorem, poesim nempe. Nam ut ignis fulgorem dat auro summum, sic ipsa victorem celebrans reddit illum æqualem Regi. Propterea novo hymno ad Acherontem habitanti Callicli laudem decet illam integrare, quam Euphanes ejus pater, et paternus avus Timasarchi viventi filio cecinit oculatus victoriæ testis. Nemo siquidem melius, quam qui vidit, narrare potest fortia facta. Sic luctam Timasarchi Melesias auctor et magister laudabit verius pleniusque, quam alii; quia ille non arte palæstrica solum, sed eloquio etiam præstat invicto, amicis facilis et asper æmulis adversarius. Felicem hic Pauwii conjecturam sequor Μελησίας *legens pro* Μελησίαν, *ut corrupto loco et obscuro justi sensus lux affulgeat. Quid enim Timasarcho ad honorem patriæ, ac suæ gentis cumulandum majus potuit accidere, quam ut luculentum ab ipso præceptore suo victoriæ acciperet testimonium?*

εἶδος δ.

ΤΙΜΑΣΑΡΧῼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

παλαιστῇ.

Σ. ά. Κ. ιγ'.

Ἄριστος εὐφροσύνα
Πόνων κεκριμένων
Ἰατρός· αἱ δὲ σοφαὶ
Μοισᾶν θυγατέρες ἀοιδαὶ
Θέλξαν νιν ἀπτόμεναι.
Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσσον
Γε μαλθακὰ τεύχει
Γυῖα, τόσσον εὐλογία φόρ-
μιγγι συνάορος.
Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώ-
τερον βιοτεύει,
Ὅ, τι κε σὺν Χαρίτων τύχᾳ
Γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.

Α. ά. Κ. ιγ'.

Τό μοι θέμεν, Κρονίδᾳ
Τε Διῒ καὶ Νεμέᾳ
Τιμασάρχου τε πάλᾳ
Ὕμνου προκώμιον, εἴη.

Δέξαιτο

NEMEA. IV.

[*Str.* 1.] Optimus lætitia laborum finitorum medicus, et sapientes Musarum filiæ Odæ acuunt eam aggressæ [eos canere.] Neque calida aqua tantum mollia facit membra, quantum laus citharæ comes. Carmen factis diuturnius vivit, quod Charitibus propitiis lingua e mente protulerit alta.

[*Ant.* 1.] Quale mihi consecrare Saturnioque Jovi et Nemeæ Timasarchique luctæ hymni

N E M E A.

TIMASARCHO ÆGINETÆ

PALÆSTRITÆ.

ODE PYTHIO-JAMBICA IV.

OPtima durorum fertur medicina laborum
  Læti voluptas exitûs,
Et nati Musis hymni, simul aspera tractant,
  Mulcente leniunt sono.
Non lassos ita jucundo levat imbre lacertos
  Calentis unda balnei,
Ut citharæ comes argutæ generosa virorum
  Laus corda fortium beat.
Carmen (1) enim, Charitum quod lingua favore, profundo
  Eduxit e mentis sinu,
Vivit inextinctum, rutilisque perennius actis
  Superstes ævum transigit.
Tale meum pompam ducet, dum grande Tonantis
  Saturnii nomen cano,
Et Nemeæ ludos, et tradita Timasarcho
  Illustro luctæ præmia:

(1) Quod hic de poesi dicitur, ad solutam etiam orationem pertinet, quæ solerti arte sit perfecta. Recte enim eloquentia cum poeta nostro dici potest sermo, quem lingua favore charitum ex profunda mente extraxit. Nam ita sententiarum gravitas cum elegantia apprime conjungitur, ut optimus scribendi sensus postulat.

Δέξαιτο δ' Αἰακιδᾶν
Ἠΰπυργον ἕδος, δίκᾳ
Ξεναρκέϊ κοινὸν
Φέγγος. εἰ δ' ἔτι ζαμενεῖ Τι-
μόκριτος ἁλίῳ
Σὸς πατὴρ ἐθάλπετο, ποι-
κίλον κιθαρίζων,
Θαμά κε, τῷδε μέλει κλιθεὶς
Ὕμνον κελάδησε καλλίνικον

E. ά. K. ιγ'.

Κλεωναίου τ' ἀπ' ἀγῶ-
νος ὅρμον στεφάνων
Πέμψαντα, καὶ λιπαρᾶν
Εὐωνύμων ἀπ' Ἀθανᾶν,
Θήβαις τ' ἐν ἑπταπύλοις·
Οὕνεκ' Ἀμφιτρύωνος ἀ-
γλαὸν παρὰ τύμβον
Καδμεῖοί νιν οὐκ ἀέκοντες
Ἄνθεσι μίγνυον,
Αἰγίνας ἕκατι. φίλοι-
σι γὰρ φίλος ἐλθὼν
Ξένιον ἄστυ κατέδραμεν
Ἡρακλέος ὀλβίαν πρὸς αὐλάν.

Σ. β'.

---

hymni prooemium [utinam] contingat! Accipiat autem [benevole] Æacidarum benemunita sedes, justitiæ hospitibus-opitulantis commune lumen. [decus.] Si vero adhuc vegeto Timocritus sole tuus pater foveretur; varie [variatis sonis] citharam pulsans, sæpe ad hoc carmen conversus, hymnum cantaturus fuisset victorialem

[*Epod.* 1.] et Cleonæo ex certamine monile [decus] coronarum deducentem, et splendidis insignium ab Athenis Thebisque septiportibus; quando quidem Amphitruonis celebrem apud tumulum Cadmei illum haud inviti floribus coronarunt propter Æginam. Ad amicos enim amicus profectus in hospitalem urbem descendit, Herculis beatam ad aulam,

Accipiat munus, quæ turribus alta superbit
    Et justa lucet hospiti,
Æacidûm sedes. Vegeti si lumine solis
    Timocritus parens adhuc
Gauderet tuus, o Victor, festivus et ardens
    Identidem chordas suæ
Tangeret ille lyræ, nostrumque peritus eburno
    Sonaret hymnum (1) pectine
Serta coronarum portantem parta Cleônis,
    Et Atthidos pulcherrimo,
Thebesque in stadio septem tollentis in auras
    Decôra portis mœnia.
Cives hic illum non segnes Amphithryonis
    Juxta sepulcrum floreo
Cadmæi nimbo sparsêre, ciente (2) propinquis
    Æginâ amorem cordibus.
Ad dulces etenim descendit amicus amicos,
    Et hospitum gratissimâ
Lætam urbem turbâ, magnique beatus in (3) aulam
    Intravit Heros Herculis,

Quocum

(1) Timocritus ad lyram caneret victoriam filii, et suis commemoratas in hymno Pindari.

(2) Thebe enim et Æginæ sorores erant et Asopi filiæ. Hinc duarum urbium Thebes et Æginæ mutuus amor et familiaritas.

(3) Aula Herculis urbs hic Thebana est.

Σ. β'. Κ. ιγ'.

Ξὺν ᾧ ποτε Τρωΐαν
Καρτερὸς Τελαμὼν
Πόρθησε καὶ Μέροπας
Καὶ τὸν μέγαν πολεμιστὰν
Ἔκπαγλον Ἀλκυονῆ,
Οὐ, τετραορίας γε πρὶν
Δυώδεκα πέτρῳ
Ἥρωάς τ' ἐπεμβεβαῶτας
Ἱπποδάμους ἕλεν
Δὶς τόσους. ἀπειρομάχας
Ἐὼν κε φανείη,
Λόγον ὁ μὴ ξυνιείς. ἐπεὶ
Ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.

Α. β'. Κ. ιγ'.

Τὰ μακρὰ δ' ἐξενέπειν
Ἐρύκει με τεθμὸς
Ὧραί τ' ἐπειγόμεναι·
Ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ
Νουμηνίᾳ θιγέμεν.
Ἔμπα καί περ ἔχει βαθεῖ-
α ποντιὰς ἅλμα
Μέσσον, ἀντιτεινʹ ἐπιβουλί-
ᾳ· σφόδρα δόξομεν
Δαΐων ὑπέρτεροι ἐν

Φάει

[*Str.* 2.] cum quo olim Trojam robustus Telamon vastavit et Meropes et magnum bellatorem horrendum Alcyonea; non tamen, priusquam quadrigas duodecim heroesque insistentes equorum-domitores bis totidem saxo peremerat. Inexpertus-belli esse videatur, rem hanc qui non assequatur animo: siquidem patrantem pati etiam aliquid convenit.

[*Ant.* 2.] Prolixa autem eloqui prohibet me lex horæque properantes: cupiditateque trahor animo, noviluuio ut præsto sim. Verumtamen, etsi medium te tenet altum maris æquor, [mens,] resiste insidiis. Multum videbimur adversariis superiores

Quocum olim Telamon Trojanas funditus alto
    Evertit arces robore,
Disjecit Meropas (1), vicitque immanibus amplum
    Membris, et horrendum nimis
Alcyonêum (2) bellatorem. Prius iste quadrigas
    Bis sex, virosque quattuor
Supra viginti rectores quadrupedantum
    Ingente saxo fregerat.
Inscius est belli, qui rem non sentit. Et ipsum
    Par est agentem fortia
Parte aliquâ ærumnæ tangi. Lex (3) plura referre,
    Horæque me citæ (4) vetant,
Corque meum illecebrâ trahitur, gestitque novellæ
    Adesse festo Cynthiæ.
Mens mea, sis medium quamvis progressa per æquor,
    Abrumpe cursum, et ingenî
Dulcibus insidiis obsiste. Incedere nostri
    In luce majores novâ

Nos

(1) Populos, qui Coon insulam habitabant, profligavit Hercules propter Calciopen Euripyli filiam, quam ipse amabat, ex qua devictis hostibus Thessalum filium suscepit.

(2) Alcyoneus Gigas in Isthmo Corinthiaco immane saxum jaculatus duodecim currus, et viginti quatuor Heroas fregit Herculi, sed Hercules vi magna adortus, cum saxum in se quoque contortum repulisset clava, gigantem oppressit.

(3) Lex argumenti mihi propositi, quæ me discedere longius vetat.

(4) Vetat tempus, cujus intra præstitutos fines sum pollicitus carmen.

Φάει καταβαίνειν·
Φθονερὰ δ' ἄλλος ἀνὴρ βλέπων,
Γνώμαν κενεὰν σκότῳ κυλίνδει

E. β. K. ιγ'.

Χαμαὶ πετοῖσαν. ἐμοὶ
Δ' ὁποίαν ἀρετὰν
Ἔδωκε πότμος ἄναξ,
Εὖ οἶδ', ὅτι χρόνος ἕρπων
Πεπρωμέναν τελέσει.
Ἐξύφαινε γλυκεῖα καὶ
Τόδ' αὐτίκα, φόρμιγξ,
Λυδίᾳ σὺν ἁρμονίᾳ μέ-
λος πεφιλημένον
Οἰνώνᾳ τε καὶ Κύπρῳ,
Ἔνθα Τεῦκρος ἀπάρχει
Ὁ Τελαμωνιάδας· ἀτὰρ
Αἴας Σαλαμῖν' ἔχει πατρῴαν·

Σ. γ'. K. ιγ'.

Ἐν δ' Εὐξείνῳ πελάγει
Φαεννὰν Ἀχιλλεὺς
Νᾶσον· Θέτις δὲ κρατεῖ
Φθίᾳ· Νεοπτόλεμος δ' Ἀ-
πείρῳ διαπρυσίᾳ,
Βουβόται τόθι πρῶνες ἔξ-

οχοι

---

riores in luce incedere. Invide autem alius quis intuens, consilium inane in tenebris volvit

[*Epod.* 2.] irrite-in terram-cadens. Mihi vero quam virtutem dedit Fortuna regina, bene scio tempus insequens esse, quoad per fatum licebit, servaturum. Contexe, o dulcis, etiam hoc statim, cithara, Lydiam ad harmoniam carmen gratum Œnonæque et Cypro, ubi Teucer regnat Telamoniades; sed Ajax Salaminem tenet patriam;

[*Str.* 3.] inque mari Euxino splendidam Achilles insulam; Thetisque dominatur Phthiæ, Neoptolemusque in Epiro late protenta, boves-pascentes ubi montes eximii

positi

Nos cernent hostes (1). Oculo qui spectat iniquo,
Et clanculum obtrectat bona,
Consilium in tenebris sine mente volutat inane,
Turpique casurum solo.
Nam certo scio, quam vati fortuna micantem
Regina virtutem dedit,
Explendam fore venturis mihi lætius annis,
Favente votis numine.
Texe age (2), blanda Chely, hoc etiam mihi protinus ultro
Ad Lydios carmen modos
Œnônæ (3) pariter jucundum, atque urbibus illis,
Quas Æaci ornavit genus.
Est Telamoniades (4) Cypriâ Rex cultus in orâ
Teucer: paternæ fulgurat
Dux Salamînæ (5) Ajax, cânamque sepultus honestat
Euxîni Achilles insulam:
Sceptra Thetis jactat Phtîæ, Pyrrhumque Tyrannum
Epîros altis montium
Cælo æquata jugis, quæ longo pascua tractu

(1) Hæc in Simonidem, qui multus erat in digressionibus, et Pindari æmulus, torqueri Scholiastes putat.

(2) Absoluta digressione redit ad institutum Timasarchi præconium eum laudans in claris Æginetarum majoribus.

(3) Regina appellata fuit etiam Oenone, ut Oenopia ab Ovidio.

(4) Teucer Cypri Rex, quod Salaminam patriam metu patris Telamonis non auderet repetere post Ajacis necem.

(5) Ajax Teucro major natu Salaminis erat Rex, sed regnum illata sibi nece breve amisit.

οχοι κατάκεινται
Δωδώναθεν ἀρχόμενοι πρὸς
Ἰόνιον πόρον.
Παλίου δὲ πὰρ ποδὶ λα-
τρείαν Ἰαωλκὸν,
Πολεμίᾳ χερὶ προστραπὼν,
Πηλεὺς παρέδωκεν Αἱμόνεσσιν,

A. γ'. K. ιγ'.

Δάμαρτος Ἱππολύτας
Ἀκάστου δολίαις
Τέχναισι χρησάμενος.
Τᾷ Δαιδάλω δὲ μαχαίρᾳ
Φύτευέ οἱ θάνατον
Ἐκ λόχου Πελίαο παῖς.
Ἄλαλκε δὲ Χείρων,
Καὶ τὸ μόρσιμον Διόθεν πε-
πρωμένον ἔκφερεν.
Πῦρ δὲ παγκρατὲς θρασυ-
μαχᾶν τε λεόντων
Ὄνυχας ὀξυτάτους ἀκμὰν
Τε δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων,

E. γ'. K. ιγ'.

Ἔγαμεν ὑψιθρόνων
Μίαν Νηρεΐδων·

Εἶδεν

---

positi sunt, a Dodona incipientes ad mare Jonium usque. Pelii autem ad radices, in-servitutem-redactam Jolcum hostili manu aggressus Peleus tradidit Hæmonibus,

[*Ant.* 3.] Hippolytæ, Acasti uxoris, dolosis artibus illaqueatus. Dædali autem gladio machinatus est ei mortem per insidias Peliæ filius [Acastus]: depulit tamen, et a Jove constitutum fatum ad eventum perduxit, Chiron. Ignem vero ille omnia-vincentem, ferociumque leonum ungues acutissimos, aciem horrendorum cum sustinuisset dentium,

[*Epod.* 3.] duxit uxorem altithronarum unam Nereidum; viditque rotundam sedem, cui

Dodône ad usque Jönicum
Se extendunt mare, et indomitis pinguissima late
Tauris ministrant gramina.
Hostili aggressus ferro devovit Jölcon
Ad Pêlii victam pedes
Servitio Æmonidûm Pêleus, quem fraude malignâ
Conjux (1) Acasti et atribus
Illaquearat atrox. Peliæ nam credula (2) proles
Decepta dictis feminæ
Insidias Regi moliri cœpit, et atram
Dempto ense dædalo (3) necem.
At fuit auxilio Chiron, et lugubre fatum
Probante depulit Jove.
Omnia non ignis vincens, non ira leonis
Armata acutis unguibus,
Non patuli horrendûm rictûs, dentesque voraci
Ardore spirantes minas
Insontis turbare viri potuere vigorem
Virtute fultum ahenéâ,
Quâ nympham sibi præstantem Nereïdas inter
Celsis residentes thronis

g 2 Connubio

(1) Chretheis apud Acastum suum conjugem falso crimine adulterii accusavit Peleum, quod ejus nefandas repulisset illecebras. Maritus tamen credulus objicl Peleum feris in monte Pelio jussit, ut ab iis laceraretur. Sed casti innocentia Regis a Jove per Chironem protecta Acasti insidias deluslt.

(2) Acastus Peliæ filius Chretheidis, sive Hipolytes maritus.

(3) Peleo Acastus subduxit ensem dædalum, idest fabrefactum, ut inermis interiret in silva.

Εἶδεν δ' εὔκυκλον ἕδραν,
Τᾶς οὐρανοῦ βασιλῆες
Πόντου τ' ἐφεζόμενοι
Δῶρα καὶ κράτος ἐξέφα-
νεν ἐς γένος αὐτῷ.
Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ πε-
ρατόν. ἀπότρεπε
Αὖτις Εὐρώπαν ποτὶ χέρ-
σον ἔντεα ναός.
Ἄπορα γὰρ λόγον Αἰακοῦ
Παίδων τὸν ἅπαντά μοι διελθεῖν.

Σ. δ'. Κ. ιγ'.

Θεανδρίδαισι δ' ἀε-
ξιγυίων ἀέθλων
Κάρυξ ἕτοιμος ἔβαν
Ὀλυμπίᾳ τε καὶ Ἴσθμοῖ
Νεμέᾳ τε συνθέμενος·
Ἔνθα πεῖραν ἔχοντες, οἴ-
καδε κλυτοκάρπων
Οὐ νέοντ' ἄνευ στεφάνων. πά-
τραν νὶν ἀκούομεν,
Τιμάσαρχε, τεὰν ἐπινι-
κίοισιν ἀοιδαῖς

Πρόπολον

---

cui cæli reges marisque insidentes dona opesque exhibuerunt ad posteritatem ipsi [duraturas.] Ultra Gades, occasum versus procedi nequit. Converte rursus Europam ad terram armamenta navis: Difficile enim mihi est laudes Æacidarum omnes percurrere.

[*Str.* 4.] Theandridis autem membra-roborantium certaminum Olympiæ, in Isthmo, Nemeæque præco promptus venire susceperam, ubi [laborem] experti domum inclytos-fructus-ferentibus non redierunt sine coronis. Tribum illam audimus, Timasarche, tuam

Connubio junxit felix, viditque rotundo
In orbe cæli et æquoris
Bellê compositos reges accumbere mensis,
Et dona certatim sibi
Splendida opesque dari, serisque in sæcla perennem
Nepotibus potentiam.
Occiduas ultra (1) Gades via clausa: reflecte,
Mens, arma in (2) Europam ratis.
Æacidûm nam cuncta nefas percurrere facta
Laudesque versu persequi;
Et Grajas vêni præco diffundere in urbes,
Datâ Theandridis fidê,
Prælia certantum membris spirantia robur,
Spectata Pisæ prælia,
Isthmique ac Nemeæ in ludis, illi unde coronas
Fructu nitentes aureo
Cælestes retulere domum. Præit inde poetis
Ministra carminum tua,

Tima-

(1) Gades in Oceano occidentali extremi habitabilis mundi fines putabantur adempta nautis spe omni progrediendi ulterius in marina via.

(2) Ad Europam reflectere navem nihil aliud hic est, quam relicta longiore in Æacidarum historiam digressione ad Timasarchum redire.

Πρόπολον ἔμμεναι. εἰ δέ τοι
Μάτρωΐ μ' ἔτι Καλλικλεῖ κελεύεις

A. δ'. K. ιγ'.

Στάλαν θέμεν, Παρίου
Λίθου λευκοτέραν·
Ὁ χρυσὸς ἑψόμενος
Αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας.
Ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν
Ἐργμάτων βασιλεῦσιν ἰ-
σοδαίμονα τεύχει
Φῶτα· κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντι
Ναιετάων ἐμὰν
Γλῶσσαν εὑρέτω κελαδή-
τιν, Ὀρσοτριαίνα
Ἵν' ἐν ἀγῶνι βαρυκτύπου
Θάλησε Κορινθίοις σελίνοις.

E. δ'. K. ιγ'.

Τὰν Εὐφάνης ἐθέλων
Γεραιὸς προπάτωρ
Ὁ σὸς ἀείσεται, παῖ.
Ἄλλοισι δ' ἅλικες ἄλλοι.
Τὰ δ' αὐτὸς ἂν τις τύχῃ,
Ἔλπεταί τις ἕκαστος ἐξ-
οχώτατα φάσθαι.

Θῖον

---

tuam victorialium carminum antistitem esse. Si vero sane avunculo etiam Callicli jubes me

[*Ant.* 4.] columnam ponere Pario marmore candidiorem: aurum [enim] excoctum fulgore splendet summo, hymnusque præclare gestarum rerum regibus sorte-æqualem facit virum: ille circa Acherontem habitans meam linguam habeto insonantem, [ibi,] tridentem-quatientis ubi in certamine gravistrepi [Neptuni] floruit Corinthiaco apio:

[*Epod.* 4.] Quem Euphanes lubens senex avus tuus canet, o Juvenis. Aliis æquales sunt alii. Qua vero in re quis ipse successum habuerit, ea sperat quisque se potissimum

Timasarche, Tribus. Quod si quoque ponere vatem
Avunculo jubes tuo
Musæam me Callîcli, Parioque columnam
Candentiorem marmore,
Extollam promptus. Flamma omnem vivida fulvi
Recludit auri gratiam,
Quæque alti canit acta viri laus inclyta, summis
Exæquat illum regibus.
Ergo meæ vocem linguæ nunc audiat Heros
Vernis in hortis Elysî
Clara Corinthiacæ resonantem munera frondis,
Quâ victor in certamine
Quassantis terram, magnoque Tridente tonantes
Volventis undas Numinis
Cæsariem sibi præcinxit. Lucentibus ipsum
Et Euphanes modis senex
Ante tuus celebrarat avus, tuus ille sonantum
Sublimis hymnorum faber.
Sunt aliis (1) alii æquales cantoribus ævo;
Sed quem secundo quis sibi
Fulgere successu vidit, magis omnibus ille
Cantare spectatum potest.

Ut,

(1) Ejusdem ævi cantores multi sunt, sed inter illos nemo melius laudare Victorem potest, quam qui vidit eximiæ testis fortitudinis. Talis Euphanes pater Callicli fuit, quia illius victoriæ, cum vivus esset, interfuit.

Ὅιον αἰνέων κε Μελησί-
αν ἔριδα στρέφοι.
Ῥήματα πλέκων, ἀπάλαι-
στος ἐν λόγῳ ἕλκει·
Μαλθακὰ μὲν φρονέων ἐσλοῖς,
Τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος.

ΠΙΝΔ.

simum celebraturum esse. Quantopere is [Euphanes] laudans Milesiam contentionem [aliis] excitet! verba texens invictus oratione superat; mollia quidem meditans bonis, asper vero inimicis animadversor.

Ut, Timasarchi luctam si prædicet (1) unctor
    Melêsias, cunctos potens
Laudantum sternet nisûs, mentesque rotata
    Per dicta ineluctabilis
Evincet, lenisque bonos mulcebit, et idem
    Insurget asper æmulis;

(1) Milesiæ hujus mentio a Pindaro in ludis etiam Olympicis facta est. Erat hic aliptes in Ægina, ungebatque Athletas, qui luctæ et pancratio se exponebant, eosque quasi magister ad ea certamina exercebat, ut nunc Timasarchum ad luctam, quam magnifice contra æmulos extollit in suo sibi placens alumno, quod magistri disciplinam eximie expresserit in victoria sua.

ODES NEMEÆÆ QUINTÆ

ARGUMENTUM.

Cum Pytheas Ægineta. Lamponis filius Pancratiastes rogasset Pindarum, ut hymno caneret victoriam suam, audissetque ab illo grande pretium flagitari, statuam æneam eo pretio sibi poni posse dixit, iratusque discessit petitione rejecta. Postea vero facti pœnitens, monitusque ab amicis ad Poetam rediit, et illi ultro postulatum solvit pretium. Quæ res, si Scholiastæ credimus, occasionem Pindaro dedit ducendi exordium a collatione sui carminis cum statuis, ejusque ostendendi præstantiam. Verum poeta, quin hujusmodi factum respiceret, ita potuit ordiri in sui commendationem hymni, qui Victori majorem gloriam allaturus erat, quam statua. Hac enim in sua basi manet immobilis, carmen contra maria ac terras omnes pererrat. Quare sacro incitatus œstro suum hymnum alloquitur, jubetque ab Ægina majore, vel minore navigio vectum in diversas ferri regiones, ut ubique nuntiet Victoris nomen. Claro enim patre natus, adhuc juvenis imberbis luculento sui roboris specimine Æginæ patriæ pervagata fama inclytæ novum addidit decus, et Æacidas a Saturno, Jove marinisque Nymphis prognatos sua luce irradiavit. Cum autem in Græcia celeberrimi essent Æacidæ, excurrit Pindarus more suo in eorum laudes divinum ortum, virtutes et fortunam narrans, præsertim Pelei ac Telamonis ex Endeide genitorum, et Phoci Regis ex Psamathea nati. Hos ille in insula nova urbis conditores sistit ante aram Hellenii Jovis supplicantes, ut urbium Ægina mater flore virorum et navium illustris fiat, non jam ut a siccitate liberetur, quemadmodum multi putant Interpretes. Nullum enim hujusce rei in Pindarico textu indicium est. Declinat porro poeta narrationem sceleris a Peleo et Telamone admissi in cæde Phoci, ne pietatem et fortitudinem eorum gravi fœdet infamia. Tacet de eorundem fuga in alias terras, cum sapientis sit hominis opportuno silentio

silentio uti, nec nudam semper ostendere veritatis faciem. Eorum igitur opes, manuum robur et bella se celebraturum ait ea ingenii animique dexteritate, qua Athletæ fossas amplas transiliunt, et aquilæ ultra longos maris tractus feruntur. Jam ille in Pelio monte Musarum chorum Phœbo præside cantantem videt et hymnum audit, qui tria complectitur, laudes scilicet Thetidis, Cretheidis dolos et constantem Pelei castitatem. Hanc Juppiter observat ex cælo, et compensare parat conjugio Thetidis annuente Neptuno, qui sororem illius Amphitriten habet conjugem Nerei et ipsam, ac Doridis filiam. Mentione facta Neptuni, a longa digressione ad brevem aliam transcurrit vates, Deum ab Ægis insula juxta Eubœam usque ad Isthmum euntem prosequens, ubi juvenes illum tibiarum cantu excipiunt, et gymnicis exhilarant certaminibus. Hinc sibi ille viam munit ad Victoris laudes, qui Euthimenem avunculum suum in Isthmo coronatum æmulatus est cognatam gentem decorans invicto ad Nemeam pancratio in Delphinio mense Apollini sacro, et domi in Ægina et Megaris prodeuntes in certamen pueros vicit juxta Regis Nisi tumulum. Certant enim Æginetæ omnes in palæstricis exerceri studiis. Ita Pytheas nobilissimis patriæ exemplis excitatus, et Menandri Atheniensis aliptæ præstantissimi disciplina instructus laborum præmium cepit jucundissimum ingentem gloria sua gloriam augens avi materni Themistii, qui in Epidauro urbe Argolidis cum duplex specimen pugilatus et pancratii edidisset, floridas ac viridantes coronas, quas faventibus est adeptus Gratiis, in Æaci templo suspendit.

εἶδος έ.

ΠΥΘΕᾼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

υἱῷ Λάμπωνος, παγκρατιαστῇ.

Σ. ά. Κ. ιά.

Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰ-
μ', ὥστ' ἐλινύσσοντά μ' ἐργάζε-
σθαι ἀγάλματ' ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος
Ἑσταότ'. ἀλλ' ἐπὶ πάσας
Ὁλκάδος ἔν τ' ἀκάτῳ
Στεῖχ' ἀπ' Αἰγίνας, διαγγέλ-
λοισ' ὅτι Λάμπωνος υἱός
Πυθέας εὐρυσθενὴς
Νικῇ Νεμείοις παγκρατίου στέφανον.
Οὔπω γένυς φαίνεν τέρειναν
Ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν,

Α. ά. Κ. ιά.

Ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ζηνὸς ἥ-
ρωας αἰχματὰς φυτευθέντας
Καὶ ἀπὸ χρυσέων Νηρήΐδων
Αἰακίδας ἐγέραρεν,
Ματρόπολίν τε, φίλαν ξένων ἄρουραν·

Τάν

NEMEA. V.

[*Str.* 1.] Non statuarius sum, ut non-loco-moventia-se fabricer simulacra in eadem basi permanentia. Sed omni navi oneraria et cymba proficiscere ab Ægina, [o carmen] nuncians, quod Lamponis filius Pytheas robustus victor reportarit in Nemeis pancratii coronam. Nondum gena ei protulit tenerum, matrem fructus, florem;

[*Ant.* 1.] Ex Saturno tamen Joveque heroes bellicosos prognatos et ab aureis Nereidibus, Æacidas, decoravit, metropolinque, amantem hospitum terram; quæ olim

ut

NEMEA.

PYTHEÆ LAMPONIS

FILIO PANCRATIASTÆ.

ODE PYTHIO-JAMBICA V.

NOn ego sum (1) sculptor, qui fingat inertia signa,
Quæ stent moveri nescia æternâ in basi.
Linque ergo Æginam, cunctasque, volatile carmen,
Naves pererra cymbulasque, et Pytheam
Lampônis genus e Nemeæ certamine duro
Abîsse cinctum nuntiâ victricibus
Pancratii foliis. Tenero nondum aurea dulcem
Fructûs parentem protulit florem gena;
Saturni tamen atque Jovis, prolisque (2) venustæ
Nerei superbum sanguinem, fortissimos
Heroas bellos Æacidas decoravit, et urbem
Primam urbium, lætamque turbis hospitum

Terram;

(1) Alludit poeta ad historiam scholiastæ, quam proposui in argumento hujus Odes, et hymnum suum comparat cum statua, quæ manet immobilis, ubi posita a sculptore est, hymnus vero stare nescit, et laudati gloriam portat in omnes terræ partes, ut celebrem reddat et omnibus manifestam. Ita Lamponis filius juvenili in flore Victor ubique clarus fiet per hymnum Pindari.

(2) Thetidis et Psamathes filiarum Nerei.

Τάν ποτ' εὔανδρόν τε καὶ ναυ-
σὶ κλυτὰν θέσσαντο, πὰρ βω-
μὸν πατέρος Ἑλλανίου
Στάντες, πίτναντ' ἐς αἰθέρα χεῖρας ἁμᾶ
Ἐνδαΐδος ἀρίγνωτες υἱοὶ
Καὶ βία Φώκου κρέοντος,

Ε. ά. Κ. ιά.

Ὁ τᾶς Θεοῦ, τὸν Ψαμάθεια
Τίκτ' ἐπὶ ῥηγμῖνι πόντου.
Αἰδέομαι μέγα εἰπεῖν, ἐν δίκᾳ τε
Μὴ κεκινδυνευμένον·
Πῶς δὴ λίπον εὐκλέα νᾶσον,
Καὶ τίς ἄνδρας ἀλκίμους
Δαίμων ἀποινώσαις ἔλασεν. στάσομαι.
Οὔ τοι ἅπασα κερδίων
Φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει' ἀτρεκής.
Καὶ τὸ σιγᾷν, πολλάκις ἐστὶ σοφώ-
τατον ἀνθρώπων νοῆσαι.

Σ. β'. Κ. ιά.

Εἰ δ' ὄλβον ἢ χερῶν βίαν
Ἢ σιδηρίταν ἐπαινῆσαι
Πόλεμον δεδόκηται, μακρά μοι
Δ' αὐτόθεν ἅλμαθ' ὑποσκά-

πτοι

---

ut et viris valeret et navibus inclyta fieret, supplicarunt, ad aram patris Hellenii stantes, tetenderuntque ad æthera manus simul, Endeidis celebres filii, [Telamon et Peleus] et robur Phoci regis, [Phocus]

[*Epod.* 1.] Deæ filius, quem Psamathea peperit in littore maris. Vereor rem magnam eloqui, justeque non perpetratam: quomodo scilicet reliquerint celebrem insulam, et quis viros fortes Deus ultione abegerit. Subsistam. Non enim utile est faciem ostendere omnem veritatis exactam; et tacere sæpe est sapientissimum inter homines cogitatu.

[*Str.* 2.] Si vero opes aut manuum robur aut ferreum laudare bellum visum fuerit, etsi longos mihi inde saltus fodiat aliquis, tamen habeo genuum agilem impetum.

Etiam

Terram; cui stántes augustam Patris ad aram
Hellênii (1), cæloque tendentes manûs
Endêidos (2) nati celebres, Phôcique (3) Tyranni,
Quem Psamathêa ponti in alto littore
Diva olim peperit, pietas simul addita junctis
Petiêre votis fortium examen virûm,
Classis et instructæ robur, queis gloria gentis
Suo Pelasgas nomine impleret plagas.
Ingens, injustum vereor plenumque pericli
Referre facinus (4), quisque felicem insulæ
Deseruisse duces (5) sedem Deus egerit ultor,
Haud ipse dicam. Nuda vultum veritas
Non semper jucunda nitet, taciturnaque sæpe
Signat sagacis lingua consilium viri.
At, si fert animus divinæ munera sortis,
Manuumve vires, æreove millia
Illorum in bello percurrere laudibus acta,

Quamvis

(1) Juppiter Ellenius in Ægina templum habuit, ita dictus ab Ellenio promontorio, vel quod toti Græciæ salutem attulerit.
(2) Endeidis Chironis filiæ, ex qua Æacus Peleum habuit et Telamonem.
(3) Phocus Rex ex Æaco et Psamathe Nereide nympha natus est.
(4) Cædem scilicet Phoci a Peleo et Telamone factam.
(5) Quis Deus coegerit occisores fratris allo ferri relicta Oenone.

πτοι τὶς· ἔχω γονάτων ἐλαφρὸν ὁρμάν.
Καὶ πέραν πόντοιο πάλλον-
τ' αἰετοί. πρόρρων δὲ κἀκεί-
νοις ἄειδεν Παλίῳ
Μοισᾶν ὁ κάλλιστος χορός· ἐν δὲ μέσσαις
Φόρμιγγ' Ἀπόλλων ἑπτάγλωσσον
Χρυσέῳ πλάκτρῳ διώκων,

Α. β'. Κ. ιά.

Ἁγεῖτο παντοίων νόμων.
Αἱ δὲ πρώτιστον μὲν ὕμνησαν,
Διὸς ἀρχόμεναι, σεμνὰν Θέτιν,
Πηλέα θ'· ὥς τέ νιν ἁβρὰ
Κρηθηῒς Ἱππολύτα δόλῳ πεδᾶσαι
Ἤθελε, ξυνᾶνα Μαγνή-
των σκοπὸν πείσαισ' ἀκοίταν
Ποικίλοις βουλεύμασι·
Ψεύσταν δὲ ποιητὸν συνέπαξε λόγον,
Ὡς ἄρα νυμφείας ἐπείρα
Κεῖνος ἐν λέκτροις Ἀκάστου

Ε. β'. Κ. ιά.

Εὐνᾶς. τὸ δ' ἐναντίον ἔσκεν.
Πολλὰ γάρ μιν παντὶ θυμῷ
Παρφαμένα λιτάνευεν. τοῦ δὲ ὀργὰν
Κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι·

Εὐθὺς

Etiam trans mare volant aquilæ. Propitius vero etiam illis cecinit in Pelio monte Musarum pulcherrimus chorus, interque medias citharam Apollo septisonam aureo plectro pulsans præcinebat omnis generis modos.

[*Ant.* 2.] Illæ vero primum quidem cecinerunt, a Jove exorsæ, venerandam Thetin Peleumque; quomodoque ipsum tenera Cretheis Hippolyta dolo irretire voluerit, uxor Magnetum regem cum persuadendo induxisset maritum variis commentis: mendacem nimirum fictum concinnavit sermonem, quasi quidem conjugales tentasset ille in toro Acasti

[*Epod.* 2.] amores. Sed contrarium erat. Sæpe enim illum toto animo inique hortata

Quamvis refosso forte quis meum solo
Rumpat iter, celeri genuum ferar impete, et amplos
Meis hiatûs (1) prætcribo saltibus.
Vel maris immensi trans æquora pennipotentum
Regina velox, ceu sagitta, provolat.
Quidni ego concelebrem, quos sacro in vertice Pêlî
Pulcherrimus lætante Musarum chorus
Ore olim cecinit? Medius radiabat Apollo,
Septemque vocum dividens discrimina
Aurato citharam plectro pulsabat, et aptam
Dux præcinebat omnis harmoniam soni.
Illæ autem a summo capientes orsa Tonante
Thetin verendam, Pêleonque fervidis
Mulcebant hymnis, Crethêidos (2) arte malignâ
Ductâ sub auras, quâ volebat impudens
Irretire virum. Regem Magnessa maritum
Induxit uxor callidis ludens dolis,
Crederet ut fictum crimen, quasi perfidus hospes
Sponsæ inquinare scelere tentasset torum.
Infamis mulier, quæ cæco pabula amori
Ab juvene totis flagitarat sensibus,
Effusâque animâ: Sed dictis ille (3) nefandis
Inhorruit pudicus, et nymphæ statim

(1) Innuit Pindarus fossas, quas in quinquertio transilire saltatores debebant, si vincere vellent.

(2) De Cretheide satis dictum in Ode antecedenti.

(3) Peleus nempe, quem mulier sollicitarat.

Εὐθὺς δ' ἀπανάνατο νύμφαν,
Ξενίου πατρὸς χόλον
Δείσαις· ὁ δ' ἐφράσθη κατένευσέ τέ οἱ
Ὀρσινεφὴς ἐξ οὐρανοῦ
Ζεὺς, Ἀθανάτων βασιλεὺς, ὥς τ' ἐν τάχει
Ποντίαν χρυσαλακάτων τινὰ Νη-
ρείδων πράξειν ἄκοιτιν,

Σ. γ'. Κ. ιά.

Γαμβρὸν Ποσειδάωνα πεί-
σαις· ὃς Αἰγᾶθεν ποτὶ κλειτὰν
Θαμὰ νίσσεται Ἴσθμὰν Δωρίαν·
Ἔνθα μιν εὔφρονες ἴλαι
Σὺν καλάμοιο βοᾷ Θεὸν δέκονται,
Καὶ σθένει γυίων ἐρίζον-
τι θρασεῖ. πότμος δὲ κρίνει
Συγγενὴς ἔργων περὶ
Πάντων. Τὺ δ' Αἰγίνᾳ, Θεᾶς, Εὐθύμενες,
Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνὼν,
Ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων.

Α. γ'. Κ. ιά.

Ἤτοι μεταΐξαντα καὶ
Νῦν τεὸς μάτρως ἀγάλλει κεί-
νου ὁμόσπορον ἔθνος Πυθέας.

Α'

---

hortata oraverat; hujus vero iram concitabant nefaria verba, recteque recusavit feminam, hospitalis patris [Jovis] iram veritus. Bene vero observavit annuitque ipsi nimbifer ex cælo Jupiter, immortalium rex; ut confestim marinarum colum-auream-gestantium aliquam Nereidum ei pararet conjugem

[*Str.* 3.] affini [futuro] Neptuno persuadens; qui ab Ægis ad inclitam sæpe proficiscitur Isthmum Doricam: ubi eum hilares [juvenum] turmæ inter fistulæ cantum Deum excipiunt, et robore membrorum certant audaci. Fortuna autem judicat congenita de factis omnibus. Tu itaque, o Euthymenes, Deæ Victoriæ in sinu recubans, in Æginæ honorem varios consequutus es hymnos. [victorias.]

[*Ant.* 3.] Atqui subsequens te etiam nunc tuus ex-sorore-nepos decorat consanguineam

Ab se tejecit pestem lascivaque furta
Iram hospitalis veritus ultricem Jovis.
Cælo despexit, qui nubila suscitat æthræ,
Pater Deorum summus immortalium,
Annuit et felix, Nerêidas inter ut Heros
Colo nitentes aureâ sponsam (1) illico
Acciperet, tædas vinclumque affine probante
Neptuno, ab Ægis (2) Doricum qui sæpius,
Et celebrem late petit Isthmon, visere anhelans
Hilares catervas, quæ sonoro tibiæ
Flamine, et audaci membrorum robore certant
Excipere numen. Facta natalis regit
Omnia mortali Genius. Sic ipse beato
Victoriæ receptus amplexu Deæ
In patriâ, Euthimenes (3), cumulatâ laude superbos
Es nactus hymnos; sic avunculum tuus
Te flammante sequens animo nunc sanguine eodem
Nepos profectum Pytheas clarat genus.

Hunc

(1) Thetidem in uxorem acciperet.

(2) Æga insula juxta Eubœam, ubi summa cum religione colebatur Neptunus, et unde ad Isthmum Corinthi proficisci solebat sæpius, ut ludis sibi sacris adesset.

(3) Pytheæ avunculus, qui in Ægina consecutus est hymnos, quod Isthmia vicerit.

Α' Νεμέα μὲν ἄρηρεν,
Μείς τ' ἐπιχώριος, ὃν φίλησ' Α'πόλλων.
Α῎λικας δ' ἐλθόντας οἴκοι
Τε κράτει Νίσου τ' ἐν εὐαγ-
κεῖ λόφῳ. χαίρω δ', ὅτι
Ε'σλοῖσι μάρναται πέρι πᾶσα πόλις.
Ι῎σθι· γλυκείαν τοι Μενάνδρου
Σὺν τύχᾳ μόχθων ἀμοιβὰν

Ε. γ'. Κ. ιά.

Ε'παύρεο. χρὴ δ' ἀπ' Α'θανᾶν
Τέκτον' ἀεθληταῖσιν ἔμεν.
Εἰ δὲ Θεμίστιον ἵκεις ὥστ' ἀείδειν,
Μηκέτι ῥίγει. δίδου
Φωνάν, ἀνὰ δ' ἱστία τεῖνον
Πρὸς ζυγὸν καρχασίου,
Πύκταν τέ νιν καὶ παγκρατίου φθέγξαι ἑ-
λεῖν Ε'πιδαύρῳ διπλόαν
Νικῶντ' ἀρετάν· προθύροισι δ' Αἰακοῦ
Α῎νθεα ποιάεντα φέρειν στεφανώ-
ματα, σὺν ξανθαῖς Χάρισσιν.

---

neam gentem Pytheas. Nemea quidem opportuna fuit ipsi, [ad victoriam auspicata,] mensisque patrius, quem amat Apollo; æquales vero adventantes domique superavit Nisique ad convallem tumulum. Gaudeo autem, quod præclaris factis concertat tota civitas. Scito, dulce utique Menandri per fortunam laborum præmium

[*Epod.* 3.] reportasti. Oportet autem ab Athenis artificem athletis adesse. Si vero ad Themistium laudandum accedis, ne exhorrescas. Ede vocem, velaque extende ad jugum usque mali; pugilemque eum et pancratii dicito adeptum esse in Epidauro duplex vincendo decus, et ad vestibulum Æaci flores virentes tulisse, coronas, beneficio flavarum Charitum.

Hunc Nemea auspicio juvit feliciter apto,
Novis ut usque se triumphis tolleret,
Et festus patriæ mensis (1), jucunda voluptas
Apollinis, decôre vestivit suo.
Huic etiam parili juvenes ætate vigentes
Congressi arenæ nobili in stadio domi,
Nîsique ad tumulum, qui valle reclinis amœnâ
Circum renidet, æmulo victas simul
Triste dedêre manûs. Urbem jam fervere totam
Per alta cerno gloriæ certamina,
Et te, cælestis Victor, nunc dulce laborum
Operâ Menandri (2) rettulisse præmium
Lætor ovans. Decet artificem victoribus esse
Ex Atticâ tellure. Quid cessas adhuc,
Et consanguinei metuis, mea Musa, (3) Themistî
Cantare laudes? Eja vocem solvito,
Velaque ad antennæ summum formidine pulsâ
Expande, et illum dic in asprâ duplicem
Luctâ et pancratii nisu virtutis honorem
Cepisse ludis Æsculâpî et Æaci
Vestibulum florum plexis ornasse corollis
Auro comantum Gratiarum munere.

(1) Mensis Delphinius Apollini sacer Delphinio.

(2) Menander Atheniensis insignis juvenum in Athletica contentione magister, et Pytheæ alipta.

(3) Themistius Pytheæ maternus avus pugilatus et pancratii victor in Æsculapii ludis, quos Epidaurus urbs Argolidis celebrabat, coronas suas in Æaci templo suspendit.

NEMEÆÆ SEXTÆ

ARGUMENTUM.

Juxta antiquam fabularum traditionem una origo Deorum et hominum esse dicitur a Poeta, sed ita tamen, ut alia in illis similia et alia dissimilia inveniantur. Ut enim utrique ortu ex eadem matre terra ducto, innata corporis animique præstantia inter se similes sunt; sic aliis in rebus valde differunt: cum Dii potentes sint, immortales et cœli incolæ et futura prospiciant, homines vero imbecilli in terris degant, sortis incerti suæ, et caducæ ignorantes vitæ metam. Verumtamen cognationem suam cum Diis Alcimidas insignis pugil divina corporis specie et animi fortitudine nunc ostendit familiam illustrans, quæ novali agro similis per intervalla in ludis alternavit victorias. Agesimachus enim auctor generis Soclis pater, Soclis filius Praxidamas, et Theonis Alcimidas strenue gymnica suscepere certamina relicto quisque ignavo patre, Praxidamas præsertim novem præmiis cumulatus, et Alcimidæ nepoti post Agesimachum maximus stimulator ad gloriam. Adeo autem divino beneficio fortunata fuit hæc familia, ut nullam aliam in tota Græcia plures victorias pugilatu reportasse Poeta comperiat, dignamque propterea existimet, quæ grandiloquo carmine celebretur. Hinc tribulium Bassidarum, qui a Basso quodam claro apud Æginetas viro suum genus duxerunt, illustria facta memorat amplissimam poetis materiam laudis datura. Unus Callias Creontis filius Dianæ carus, et Apollini instar omnium hujusce gentis Heroum poetæ est, quod eum cæstu Pythii victorem certaminis solemni ducta pompa celebraverit chorus, quod apud Isthmum, qui inter duo maria tanquam pons est, in delubro Neptuni honorarint illum Amphictyones, quod demum eundem in Nemea corona apii ab Hercule post occisum Leonem destinata victoribus prope Phliuntem Peloponnesi urbem condecorarit. Æginetæ porro viri virtus Pindarum excitat ad prædicandas Æginæ laudes, quas illi

Æacidæ

Æacidæ pepererunt terra, marique celebres, et apud Æthiopas ipsos, quorum regem interfecit Achilles. Exemplum laudationis hujus poetæ veteres dedere Lyrico nostro, ut majorum decora tum patria, tum familiæ Victoris propria apte conjungeret inter se, atque ex illis velut radiis fulgentibus, unum efficeret quasi lumen. Duplex siquidem munus ab eo susceptum erat; unum, ut Alcimidam, alterum, ut gentem laudaret, cujus hac vigesima quinta victoria erat ab Alcimida puero splendori ejus adjecta. Duæ etiam aliæ ex Olympiæ ludo contigissent illi victoriæ, nisi Alcimidam et Timidam consanguineum injusta sortitio cum tam robustis et exercitatis luctatoribus commisisset, ut eos necessario vinci oporteret. Nam ipsis profecto innatus vigor disciplina Melesiæ adjutus, si pares cum paribus fuissent rite compositi, victricis luctæ decus tradidisset. Sed fortuna ludum insolentem ludere pertinax illustrissimi Aliptæ alumnis novam gloriam invidit.

NEMEA.

εἶδος ϛʹ.

ΑΛΚΙΜΙΔῌ ΑΙΓΙΝΗΤῌ ΠΑΙΔΙ

παλαιστῇ.

Σ. αʹ. Κ. ιγʹ.

Ἓν ἀνδρῶν, ἓν Θεῶν γένος· ἐκ
Μιᾶς δὲ πνέομεν
Ματρὸς ἀμφότεροι.
Διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα
Δύναμις, ὡς τὸ μὲν οὐδὲν,
Ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕδος
Μένει οὐρανός. ἀλλά τι προσφέρομεν
Ἔμπαν, ἢ μέγαν νόον, ἤ-
τοι φύσιν, Ἀθανάτοις·
Καί περ ἐφαμερίαν
Οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ
Νύκτας ἄμμε πότμος ἅν-
τιν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.

Α. αʹ. Κ. ιγʹ.

Τεκμαίρει δὲ καὶ νῦν Ἀλκιμίδας
Τὸ συγγενὲς ἰδεῖν
Ἄγχι καρποφόροις

Ἀρού-

NEMEA. VI.

[*Str.* 1.] Unum idemque hominum Deorumque genus, ex unaque spiramus matre utrique: dirimit vero [utrumque] prorsus diversa vis, ita ut illud quidem nihil sit, æreum vero firma semper sedes maneat cælum. Verum, aliquo modo similes sumus tamen tum excelsa mente tum corpore Immortalibus: tametsi nescientes, cum per noctem, tum interdiu quamnam nos fatum jusserit currere ad metam.

[*Ant.* 1.] Indiciis autem certis Alcimidas et nunc exhibet cognationem conspiciendam

N E M E A.

ALCIMIDÆ ÆGINETÆ

ADOLESCENTI PALÆSRITÆ.

ODE ALCAICA VI.

Est una nobis, una Deis simul
Origo, et unâ ducimus ætheris
E matre (1) flamen; sed bonorum
Dissidet omnimodis potestas
Utrinque dispar. Nil homines sumus,
Et vita Divûm regnat in æreo
Æterna cælo. Nos at ollis
Esse aliquâ similes dat altæ
Vis magna mentis, formaque corporis
Virtute præstans, sit licet inscius
Hic quisque metæ, quam diurno
Tempore, roriferæve noctis
Currenti in umbrâ donec apiscier
Fati voluntas. Sanguinis hanc modo
Propinquitatem Victor ardens
Alcimidas manifesta prodit

 Per

(1) Ex una, eademque matre terra Dii et homines orti sunt, ut Hesiodus in Theogonia narrat. Similes autem sunt Diis homines animi corporisque dotibus, dissimiles mortali vita et futuri ignoratione, ideoque ab Heraclito homines mortales Dii, Dii vero immortales homines apud Lucianum dicti sunt.

Ἀρούραισιν, αἵ τ' ἀμειβόμεναι
Τόκα μὲν ὦν βίον ἄνδρεσ-
σιν ἐπηετανὸν πεδίων ἔδοσαν,
Τόκα δ' αὖτ' ἀναπαυσάμεναι σθένος ἔ-
μαρψαν. ἦλθέ τοι Νεμέας
Ἐξ ἐρατῶν ἀέθλων
Παῖς ἐναγώνιος, ὃς
Ταύταν μεθέπων Διόθεν
Αἶσαν, νῦν πέφαντ' οὐκ ἄμοι-
ρος ἀμφὶ πάλᾳ κυναγέτας,

E. α'. K. ια'.

Ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαν-
τος ἑὸν πόδα νέμων
Πατροπάτορος ὁμαιμίου.
Κεῖνος γὰρ Ὀλυμπιόνι-
κος ἐὼν, Αἰακίδαις
Ἔρνεα πρῶτος ἀπ' Ἀλφεοῦ,
Καὶ πεντάκις Ἰσθμοῖ
Στεφανωσάμενος, Νεμέᾳ δὲ τρὶς,
Ἔπαυσε λάθαν Σωκλείδα,
Ὅς ὑπέρτατος Ἀγησιμάχω
Υἱέων γένετο.

Σ. β'. K. ιγ'.

Ἐπεὶ οἱ τρεῖς ἀεθλοφόροι

Πρὸς

---

dam similem frugiferis arvis, quæ alternantia aliquando quidem victum hominibus annuum e campis dare, aliquando vero rursus quiescentia vires recipere solent. Rediit utique Nemeæ ex amabilibus certaminibus puer certator, qui hanc consectans a-Jove-datam sortem nunc apparuit non infaustus lucta venator

[*Epod.* 1.] vestigiis Praxidamantis suum pedem infigens avi-paterni eodem-sanguine-orti. Ille enim, Olympicus victor, in Æacidarum honorem ramis primum ab Alpheo, et quinquies in Isthmo coronatus, Nemeæ vero ter, sustulit oblivionem Soclidæ, qui natu maximus Agesimachi filiorum fuit;

[*Str.* 2.] dum tres illi, qui quidem certamina experti fuerant, præmia-reportantes ad

Per signa campo consimilem, annui
Qui dona victûs nunc parit aurea,
  Nunc cessat, et lassum beatâ
    Segnitiê reparat vigorem.
Dulci triumphans e Nemeæ sinu
En adstat Heros, flos puerûm puer,
  Venator in luctâ secutus
    Hanc rutilam Jove dante sortem
Passûs per illos, queis avus impigrum
Rexit paternus Praxidamas (1) pedem,
  Qui primus Alpheis ab undis
    Herculeam Æacidis coronam
Ferens, et Isthmi in pulvere quinquies,
Sacrâque Victor ter Nemeâ nigræ
  Oblivionis grande natu
    Germen Agêsimachi tenebris
Soclen (2) ademit. Tres siquidem (3) viri
Vicere duris probra laboribus,

(1) Qui primus inter Æginetas Pugil Olympicam retulit coronam, et statuam meruit cupressinam.

(2) Patrem suum [illegible].

(3) Agesimachus enim, Praxidamus et Alcimidas parentum ignaviam sequi noluerunt.

Πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς
Ἦλθον, οἵ τε πόνων
Ἐγεύσαντο. σὺν Θεοῦ δὲ τύχᾳ
Ἕτερον οὔ τινα οἶκον
Ἀπεφάνατο πυγμαχία πλεόνων
Ταμίαν στεφάνων μυχῷ Ἑλλάδος ἁ-
πάσας. ἔλπομαι μέγα εἰ-
πὼν τύχεν ἄντα σκοποῦ.
Ὧτ᾽ ἀπὸ τόξου ἱεῖ-
σ᾽ εὐθὺν ἐπὶ τοῦτον ἄγε,
Μοῖσα, οὖρον ἐπέων εὐκλέα.
Παροιχομένων γὰρ ἀνέρων,

A. βʹ. K. ιγʹ.

Ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι τὰ καλά
Σφιν ἔργα ἐκόμισαν.
Βασσίδαισιν ἅτ᾽ οὐ
Σπανίζει· παλαίφατος γενεά,
Ἴδια ναυστολέοντες
Ἐπικώμια, Πιερίδων ἀρόταις
Δυνατοὶ παρέχειν πολὺν ὕμνον, ἀγε-
ρώχων ἐργμάτων ἕνεκεν.
Καὶ γὰρ ἐν ἀγαθέᾳ,
Χεῖρας ἱμάντι δεθεὶς,
Πυθῶνι κράτησεν ἀπὸ

Ταύτας

---

ad fastigium gloriæ perveneruot. Per Dei autem favorem aliam nullam domum insignem-fecit pugilatus plurium reportatricem coronarum io recessu Græciæ uoiversæ. Spero me magna locutum collimaturum ad scopum. Itaque ab arcu ejaculata recta ad hunc [scopum] dirige, Musa, veotum secundum carmioum laude-gravem. Defunctis enim viris,

[*Ant.* 2.] poetæ et scriptores præclara ipsorum facinora efferre solent. Quæ quidem inter Bassidas oon sunt rara: antiqua gens, sua præbentes encomia, Pieridum cultoribus qui possunt suppeditare multiplicem hymnum excelsa propter facinora.

Etenim

Sertisque cincti gloriosæ
Summum apicem tetigere lucis.
Nullam Pelasgis credo ego jam domum
Favente Divûm numine in urbibus
Plures coronarum superbâ
Vi pugilum retulisse honores,
Et magna fortem spes tenet assequi
Me posse justo propositum sono.
Eja ergo Victori, Camena,
Dirige suaviloquentis auram
Cantûs ab arcu laude gravem tuo.
Nam sat potentes historiæ fabri,
Vatesque functorum sacrarunt
Pulcra suis monumenta chartis,
Non pauca jactat qualia (1) Bassidum
Tribus. Vetustâ gens ab origine
Claret coronis, propriasque
Per mare vectat opes, et amplam
Musarum amicis materiam objicit
Hymno canendam grandiloquo novâ
In luce virtutum. Torosas
Quippe manus agitans feroxque
Per lora sumpto robore (2) Callias
Illîus hæres sanguinis, et colum

Latonæ

(1) Tribus Bassidarum a Basso dicta auctore generis, unde ducti sunt majores Alcimidæ.

(2) Bassidarum consanguineus cæstu pugil invictus.

Ταύτας αἷμα πάτρας χρυσα-
λακάτω ποτὲ Καλλίας ἁδὼν

E. βʹ. K. ιαʹ.

Ἔρνεσι Λατοῦς· παρὰ Κα-
σταλίᾳ τε Χαρίτων
Ἑσπέριος ὁμάδῳ φλέγεν·
Πόντου τε γέφυρ' ἀκάμαν-
τος ἐν Ἀμφικτυόνων
Ταυροφόνῳ τριετηρίδι
Τίμασε Ποσειδά-
νιον ἂν τέμενος· βοτάνα τέ νιν
Ποθ' ἁ λέοντος νικάσαν-
τ' ἔρεψ' ἀσκίοις Φλιοῦντος ὑπ' ὠ-
γυγίοις ὄρεσιν.

Σ. γʹ. K. ιγʹ.

Πλατεῖαι πάντοθεν λογίοι-
σιν ἐντὶ πρόσοδοι
Νᾶσον εὐκλέα τάν-
δε κοσμεῖν· ἐπεί σφιν Αἰακίδαι
Ἔπορον ἔξοχον αἶσαν,
Ἀρετὰς ἀποδεικνύμενοι μεγάλας.
Πέταται δ' ἐπί τε χθόνα καὶ διὰ θα-
λάσσας τηλόθεν ὄνυμ' αὐ-
τῶν· καὶ ἐς Αἰθίοπας,

Μέμνονος

Etenim in præclara, manibus cæstu illigatis, Pythone vicit quondam ex hac familia sanguis soboles] aureum-sceptrum-gestantis Callias acceptus

[*Epod.* 2.] stirpi Latonæ; apud Castaliamque in Charitum sub vesperam choro refulsit: marisque pons invicti [Isthmus] in Amphictyonum tauricida trieteride honoravit [eum] Neptunio in delubro; herbaque ipsum aliquando leonis [Nemeis] victorem coronavit umbrosis Phliuntis sub antiquis montibus.

[*Str.* 3.] Lati undique eloquentibus sunt aditus ad insulam celebrem hanc exornandam; quandoquidem ipsis Æacidæ dederunt eximiam felicitatem virtutes edentes magnas. Volitat autem supraque terram et per mare procul nomen ipsorum; etiam

ad

Latonæ inauratam gerentis
Cura et amor (1) Soboli, verenda
In sede Pythûs Castaliam prope
Lauri refulsit vespere (2) frondibus
Ornatus, immixtusque pompæ
Cantibus et Charitum chorêis.
Illum æstuosi pons (3) maris in (4) boves
Mactante festo, prælia tertius
Cum portat annus, sanctioris
Concilii resonante plausu
Neptuni ad aram magnifico extulit
Honore ludi, texit et inclytum
Insigne Victorem leonis
Gramen (5), ubî veteres opacant
Phliunta (6) montes. Undique fulgidis
Viæ patescunt laudibus insulæ;
Felicitatem namque tantam
Æacidæ decorum perenni
Olli dederunt munere. Provolat
Per vasta terræ, per maris æquora,

Et,

(1) Dianæ et Apollini gratur.
(2) Ad vesperam enim canebantur hymni, et agebantur choreæ in honorem Victoris.
(3) Isthmus Corinthi, qui tanquam pons est, quo inter duo maria a littore ad littus datur transitus.
(4) Neptuno immolari bos solebat, cum Isthmia tertio quoque anno celebrabantur.
(5) Apium, quo coronari voluit Hercules occiso Nemeæ leone.
(6) Argolidis urbem, quæ a Phliunte Aristeræ filio nomen cepit.

Μέμνονος οὐκ ἀπονο-
στάσαντος, ἐπᾶλτο. βαρὺ
Δέ σφι νεῖκος ἔμπεσ', Ἀχιλ-
λεὺς χαμαὶ καββαὶς ἀφ' ἁρμάτων

Α. γ'. Κ. ιγ'.

Φαεννᾶς υἱὸν εὖτ' ἐνάρι-
ξεν Ἀόος αἰχμᾷ
Ἔγχεος ζακότοι-
ο. καὶ ταύταν μὲν παλαιότεροι
Ὁδὸν ἀμαξιτὸν εὗρον.
Ἕπομαι δὲ καὶ αὐτὸς ἔχων μελέταν.
Τὸ δὲ πὰρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον
Αἰεὶ κυμάτων λέγεται
Παντὶ μάλιστα δονεῖν
Θυμόν. ἑκόντι δ' ἐγὼ
Νώτῳ μεθέπων δίδυμον
Ἄχθος ἄγγελος ἔβαν, πέμ-
πτον ἐπ' εἴκοσι τοῦτο γαρύων

Ε. γ'. Κ. ιά.

Εὖχος ἀγώνων ἄπω, τοὺς
Ἐνέποισιν ἱερούς,
Ἀλκιμίδας τό γ' ἐπάρκεσε
Κλειτᾷ γενεᾷ. δύο μὲν
Κρονίου πὰρ τεμένει,

Παῖ

---

ad Æthiopes, Memnone non reverso, processit: quibus grave supervenit certamen, Achilles in terram descendens de curru

[*Ant.* 3.] illustris filium dum interfecit Auroræ cuspide hastæ furentis. Et hanc quidem antiquiores viam latam [laudum] invenerunt, quos sequor, et ipse huic [laudandi] studio intentus. Qui vero circa carinam navis volvuntur fluctus, ii semper dicuntur cuique maxime perturbare animum. Sed voluntario ego dorso subiens geminum onus, præco adveni quintum supra viginti hoc celebrans

[*Epod.* 3.] decus e certaminibus, quæ vocant sacra; quod Alcimidas peperit inclyto generi. Duo quidem Saturnii apud delubrum tibi, o puer, tibique, Timida, eripuit

Et, Memnone haud ultra reverso
Æthiopum penetravit ipsas
Jam nomen oras. Nam rapido in solum
E curru Achilles prosiliens gravi
Illustris Auroræ peremit
Progeniem furibundus hastâ.
Priscis repertam vatibus hanc viam
Et ipse sector laudis amans, licet
Plus ceteris cor turbet usque
Quæ propior quatit unda (1) navem.
Quare ipse dorso nunc subiens onus
Volente duplex bis decies sacris,
Quaterque ludis parta genti
Præmia, et Alcimidæ recentem
Portare præco et spargere gloriam
Vêni nepotis. Sed tibi (2) sors, puer,

(1) Nutæ fluctus eos tantum curant, qui circa navem volvuntur; ego autem non Victorem solum, qui me premit, curo, sed ejus etiam majores antiquo usus poetarum exemplo.

(2) Sorti tribuit poeta, quod factum est, ne a judicibus integerrimis videretur duobus hisce adolescentibus illata injuria fuisse. Idem porro, quod puerilem ætatem egressi cum pueris certare non poterant, licet sortito electi, repulsi sunt a certamine, et a victoria exclusi. Hoc tamen Pindarus ipsis laudi vertit, quod ad certandum ita fuerint parati, ut de victoria etiam certi essent.

Παῖ, σέ τ' ἐνόσφισε Τιμίδαν
Κλᾶρος προπετὴς ἄν-
θε' Ὀλυμπιάδος. δελφῖνί κεν
Τάχος δι' ἅλμας ἴσον εἴποι-
μι Μελησίαν, χερῶν τε καὶ ἰ-
σχύος ἁνίοχον.

---

eripuit sors temeraria flores Olympici certaminis. Delphini vero velocitate in mari similem dixerim Milesiam manuumque et roboris aurigam [moderatorem].

Olympiæ florem, tibique,
O Timidâ, Jovis ante lucum
Congressu iniquo sustulit, invidens
Luctæ peritis serta (1) Melêsiæ
Donanda alumnis. Non citatus
Sic agili mare findit alâ
Delphin, nec acres sic regit imminens
Auriga currûs, ut manuum celer
Motus, lacertorumque robur
Ille suâ moderatur arte.

(1) Alcimidas et Timidas laudantur hic, quod magistrum sive unctorem Melesiam habuerint, qui agilitate et celeritate par Delphino dici potest, vel aurigæ, qui arte certa ita habenas modo premit et modo laxat, ut equi ad metam feliciter incitati victoriam obtineant.

NEMEÆÆ SEPTIMÆ

ARGUMENTUM.

Sogenem Thearionis filium Æginetam, qui inter pueros quinquertio vicit Nemeade XIV. magnifice Pindarus hoc celebrat hymno Ilithyam invocans, sive Lucinam partuum præsidem; vel quia illius ope Thearion senex, si Aristodemo grammatico credimus, sobole jam prope desperata Sogenem filium suscepit, vel quia eundem puerum Lucina jam inde ab ortu tam insigni robore corporis donavit, ut nunc Victor esset. Æquum autem erat, ut Deæ beneficæ decora Victori Poeta exponeret Junonis filiam prædicans, sororem Hebes, ortus adjutricem, Parcarum ministram et fati, studiorumque omnium in hominibus causam. Nunquam enim sine auxilio Lucinæ puer Sogenes ad eam pervenisset gloriam, ut inter quinquertiones in urbe Æacidarum non minus studiosa belli, quam poeseos nobilis cerneretur Athleta. Præclara facta caliginosa et obscura fiunt, si hymnis careant, qui illa æternent et sistant posteris, quasi in speculo, contemplanda. Mature itaque Victor sibi poeseos conciliavit præconium, ne mors communis omnibus eximiæ virtutis lumen, quia carmine destitutum, extingueret. Hanc vero esse carminis vim, ut immortales reddat insignes viros exemplo Ulyssis ostenditur, cujus labores Homerus tam suavi stylo expressit, ut ille plus laudis ex poetæ cantu consecutus sit, quam suis virtutibus promeruerit, tum quia per ingeniosas fabulas nova factis accedit auctoritas, tum quia humanæ mentis ea cæcitas est, ut Veri faciem speciosis fucatam coloribus vix agnoscere possit. Cæcam porro esse partem hominum maximam Græcorum exercitus iniquo judicio suo satis monstravit Achillis arma Ulissi adjudicans, non Ajaci, qui fortissimus omnium inter Græcos post Achillem fuit. Vivit tamen Ajax, et ceteri bellatores mortui fovente Musa eorum famam. Sic funeri superstes Neoptolemus est, ejusque hic historia narratur a Pindaro, ut apud

Epiro-

Epirotas Æacidarum posteros sese purget de eo, quod in Pæane dixerat de illata Heroi nece in Delphico templo. Ait igitur Neoptolemum everso Ilio a Scyro in Ephyram Epiri tempestate actum venisse, et inde post breve regnum a Molosso filio Molossium dictum petiisse Delphos, ut primitias manubiarum Apollini offerret. Ibi ille, quod sacrificulis victimarum carnes indigne rapientibus acriter obstiterit, a Machareo quodam interfectus est, non jam, quod opes Apollinei Templi per vim auferre tentaverit, ut falso ac temere ab Epirotis creditum est. Solvit ille quod fatale erat, et casus est ad Apollinis aram, qui ad aram Hercei Jovis Priamum regem mactaverat. Oportuit præterea, ut aliquis ex Æacidis cum Apolline in templo habitaret, et ludos ac sacra in sui honorem instituta quasi ex tumulo prospiceret testis verax et gravis. Neoptolemo, sive Pyrrho ab injuria vindicato, Heroas alios Æginæ, quos alias fuse laudarat, paucis verbis commendat Pindarus, ne tædium pariat; et adversæ fortunæ vices, quas Æacidæ aliquando sunt experti, silentio præteriens Thearioni Victoris patri felicitatem gratulatur opportune illi datam in victoria filii ad senectutis solatium, ejusque simul fortitudinem et prudentiam extollit ab omni assentationis suspicione se defendens, quod peregrinus sit, quod ingenio sincero præditus, et veri tantum amator. Talem porro se esse gravi suorum civium, familiarium, suæque ipsius conscientiæ testimonio probat, cum modum nunquam excesserit in vita sua, nec ulli violentus irrogarit injuriam. Jurat itaque se eo candore animi, quo Neoptolemi cædem narravit, virtutem Sogenis laudando nihil, nisi verum, dixisse, cum illum ex certamine, antequam meridianus æstus ingrueret, cervicem siccam, et nullo sudore dejectum robur eduxisse prædicavit superatis statim jaculo adversariis tam strenue, ut in ceteris ludi speciebus cum eo congredi desperarent. Quare illi non vulgarem offert alteram, pretiosamque coronam ex auro, ebore et corallio, quam Musa contexuit inusitatæ fortitudini præmium. Jovis vero hic mentionem facit, quia Jovi Nemea ludi dicati erant, et Æginetæ a Jove suam jactabant originem propter Æacum. Meminit etiam Herculis, quia frater,

ter et hospes Æaci erat Hercules, et Sogenis domum intra sua sacella dextrâ lævâque eingens tenebat. Hinc Poeta petit ab Hercule ut familiæ vieini sui, qui generosum animum suorum imitatorem majorum a teneris annis ostendit, Junonem, Jovem et Minervam Deos patrios propitios reddat servata Thearioni seni et Sogeni filio eorumque postero generi felicitate vitæ, et aucto in dies magis summi honoris, quo nunc fruuntur, splendore. Claudit hymnum iterum deprecatus invidiam Neoptolemi herois, quasi superius flagitiosa de eo narrasset, sed obiter repetitam defensionem statim abrumpit, ne ineptus blatero habeatur, ut ille, qui pueris suis inani loquacitate proverbium ipsis notissimum ineuleabat sæpius: Corinthum nempe filium Jovis, *quem Corinthii legati Megarensibus, quod a Corinthi dominatione defecerant, gravissima injuria ultorem fore ad fastidium usque jactabant.*

NEMEA.

εἶδος ζ'.

ΣΩΓΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗ͂

παιδὶ πεντάθλῳ.

Σ. ά. Κ. ιβ'.

Ἐλείθυια, πάρεδρος Μοιρᾶν βαθυφρόνων,
Παῖ μεγαλοσθενέος, ἄκουσον,
Ἥρας, γενέτειρα τέκνων· ἄνευ σέθεν
Οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν
Τεὰν ἀδελφεὰν ἐλάχομεν
Ἀγλαόγυιον Ἥβαν.
Ἀναπνέομεν δ' οὐχ ἅπαντες ἐπὶ ἴσα.
Εἴργει δὲ πότμῳ ζυγὸν
Ἕτερον ἑτέρα. σὺν δὲ τὶν
Καὶ παῖς ὁ Θεαρίωνος ἀρετᾷ κριθεὶς
Εὔδοξος ἀείδεται Σω-
γένης μετὰ πενταέθλοις.

Α. ά. Κ. ιβ'.

Πόλιν γὰρ φιλόμολπον οἰκεῖ δορικτύπων
Αἰακιδᾶν. μάλα δ' ἐθέλοντι
Σύμπειρον ἀγωνίᾳ θυμὸν ἀμφέπειν.
Εἰ δὲ τύχῃ τὶς ἔρδων, μελίφρον' αἰτίαν

Ῥοαῖσι

NEMEA. VII.

[*Str.* 1.] O Lucina, assidens Parcis prudentibus, filia præpotentis, audi, Junonis, genitrix liberorum. Absque te non lucem, non nigram contuiti noctem, tuam sororem sortiti fuissemus pulcrimembrem Juventutem. Spiramus autem non omnes pari conditione: sed disjungit fati jugum alium alio. Tuo vero auspicio etiam filius Thearionis virtute judicatus nobilis cantatur Sogenes inter quinquertiones.

[*Ant.* 1.] Nam urbem cantus-studiosam inhabitat hasta-strepentium Æacidarum. Valde vero cupiunt experientem se certamine [experiundo certamina] animum exercere.

NEMEA.

SOGENI ÆGINETÆ

INTER PUEROS QUINQUERTIO VICTORI.

ODE JAMBICA VII.

AUdi, profundo multa volventum sinu
Quæ fida Parcarum latus,
Lucina, stipas, præpotentis filia
Junonis, atque liberûm
Suprema Genetrix. Absque Te non lucidi
Jubar diei cernere,
Non læta noctis astra fas nobis foret,
Ridensque nec soror tua
Nobis Juventas explicaret auream
Sui decôris gratiam.
Non unus autem spirat in cunctis amor,
Diversa quisque at addito
In studia abire cogimur fati jugo.
Sic ipse Sogenes puer
Theariôni dulce donatus seni
Tuo triumphat munere,
Et quinque canitur artium Victor potens
In urbe amante carminum,
Et bellicosis Æaci nepotibus
Gaudente, cum manu vibrant
Hastæ fragorem robur experirier
Certamine ardentes suum.
Materiam amœnis ille mellitam ingerit
Novem sororum fontibus,

Ῥοαῖσι Μοισᾶν ἐνέβαλεν.
Ταὶ μεγάλαι γὰρ ἀλκαὶ
Σκότον πολὺν ὕμνων ἔχοντι δεόμεναι.
Ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσο-
πτρον ἴσαμεν ἐνὶ σὺν τρόπῳ,
Εἰ Μνημοσύνας ἕκατι λιπαράμπυκος
Εὕρῃ τις ἄποινα μόχθων
Κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς.

Ε. ά. Κ. ζ'.

Σοφοὶ δὲ μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον
Ἔμαθον, οὐδ' ὑπὸ κέρδει βάλον.
Ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου
Παρὰ σᾶμα νέονται.
Ἐγὼ δὲ πλέον ἔλπομαι
Λόγον Ὀδυσσέος, ἢ πάθεν,
Διὰ τὸν ἁδυεπῆ γενέσθ' Ὅμηρον.

Σ. β'. Κ. ιβ'.

Ἐπεὶ ψευδέσσιν οἱ ποτανᾷ μαχανᾷ
Σεμνὸν ἔπεστί τι· σοφία δὲ
Κλέπτει παράγοισα μύθοις. τυφλὸν δ' ἔχει
Ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος. εἰ γὰρ ἦν
Ἑὰν ἀλάθειαν ἰδέμεν,

Οὐ

---

cere. Si vero quis in certando felix fuerit, mellitam materiem rivis Musarum præbet. Magnæ enim virtutes caliginem multam habent, si hymnis careant; factisque præclaris speculum [contingere] novimus unico modo, si Mnemosynes voluntate splendide-vittatæ invenerit aliquis præmia laborum inclitis carminum cantibus.

[*Epod.* 1.] Sapientes vero [navium gubernatores] futurum perendinum ventum ante cognoscunt, neque lucro postponunt. Dives pauperque mortis ad sepulcrum tendunt. Ego vero ampliorem arbitror famam Ulyssi quam pro calamitate sua per suaviloquum contigisse Homerum.

[*Str.* 2.] Quandoquidem figmentis ejus sublimi [ingenii] facultate grave inest quiddam, sollertiaque occulte seducens fabulis; dum cæcum cor habet multitudo hominum

Pugnæ secundo quem coronat exitu
    Regina campi faustitas.
Nam multa magnas, vate quia carent sacro,
    Caligo virtutes habet;
Sed acta speculo ceu nitente reddier
    Tum posse solum novimus,
Cum splendidê vittata Mnêmosynê virûm
    Justo laborem præmio
Pensat per hymnos inclytum fidissimâ
    In luce monstrantes decus.
Diê futurum tertiâ ventum sagax
    Ratis gubernator (1) videt,
Dulcis nec illum negligit studio lucri.
    It dives et pauper simul
Certæ in sepulcrum mortis. Ast Ulyssëi
    Fama omnibus longe malis
Est facta major multiformes casuum
    Pingente Homero imagines.
Augustus altis nempe figmentis decor
    Astat, capitque vivido
Sensûs colore fabulæ, et specie trahit
    Illusa veri pectora.
Cor namque cæcum magna pars mortalium
    Ubique terrarum gerit.
Si nuda cunctis cerneretur veritas,
    Haud fortis Ajax judicum

m 2 Injutiâ

(1) Ut prudentes navium gubernatores non prius e littore navem solvunt, quam prævideant quis ventus intra triduum sit futurus, quo prospera navigatio fiat, sic illi, qui famæ suæ consulere student, mature sibi præconium laudis per poetas conciliare debent, ut communem conditionem mortis elapsi immortalitati consecrentur.

Οὔ κεν ὅπλων χολωθεὶς
Ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν
Λευρὸν ξίφος· ὃν κράτι-
στον, Ἀχιλέος ἄτερ, μάχᾳ
Ξανθῷ Μενέλᾳ δάμαρτα κομίσαι θοαῖς
Ἐν ναυσὶ, πόρευσαν εὐθυ-
πνόου Ζεφύροιο πομπαὶ

A. β'. K. ιβ'.

Πρὸς Ἴλου πόλιν. ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται
Κῦμ᾽ Ἀΐδα, πέσε δ᾽ ἀδόκητον
Ἐν καὶ δοκέοντα. τιμὰ δὲ γίνεται,
Ὧν Θεὸς ἁβρὸν αὔξει λόγον, τεθνακότων
Βοᾳ θοῶν. τοὶ γὰρ μέγαν
Ὀμφαλὸν εὐρυκόλπου
Ἔμολε χθονὸς, ἐν Πυθίοις δὲ δαπέδοις
Κεῖται, Πριάμου πόλιν
Νεοπτόλεμος ἐπεὶ πράθεν·
Τᾷ καὶ Δαναοὶ πόνησαν. ὁ δ᾽ ἀποπλέων
Σκύρου μὲν ἅμαρτεν· ἵκον-
το δ᾽ εἰς Ἔφυραν πλαγχθέντες.

E. β'. K. ζ'.

Μολοσσίᾳ δ᾽ ἐμβασίλευεν ὀλίγον
Χρόνον.

---

num maxima. Nam si potuissent suam veritatem cognoscere, non sane armorum causa iratus fortis Ajax transfixisset per pectus lævem ensem; quem fortissimum, Achille excepto, ad reducendum bello flavi Menelai conjugem velocibus in navibus miserunt recta-spirantis Zephyri auræ

[*Ant.* 2.] ad Ili urbem. Enimvero communis venit fluctus Orci caditque in non exspectantem pariter atque exspectantem. Gloria vero contingit mortuis bellatoribus iis, quorum famam dulcem fovet Deus. [Musa.] Etenim ad magnum umbilicum sinuosæ terræ profectus in Pythiis campis jacet, Priami urbem Neoptolemus postquam evertit; de qua et Danai laborarunt. Ille vero renavigans a Scyro aberravit, veneruntque in Ephyram erroribus acti.

[*Epod.* 2.] Tum Molossiæ imperavit breve tempus; etsi posteritas ejus semper reti-

Injuriâ perculsus, et rabiê furens
    Ob arma fixisset sibi
Sinum cruentus ense, post Achillea
    Qui primus ibat omnium
Virtute belli, quot duces flavo suam
    Referre Atridæ conjugem
Citis iêre navibus Favonii
    Agente rectâ flamine
Vetusti ad Ilî regna. Communis super
    Illustre et obscurum caput
It fluctus Orci, seu propinquum manseris,
    Seu longius stantem putes.
At morte raptis celsa bellatoribus
    Ridet superstes gloria,
Cum grande nomen Numinis favor boni
    Vulgante promovet sono.
Hinc, postquam Achivi cum labore exercitûs
    Invisa Pyrrhus mœnia,
Urbemque Priami in pulverem vertit ferox,
    Ad umbilicum (1) dicitur
Ivisse terræ, quæ patente latius
    Fecunda lætatur sinu,
Ibîque cineres in recessu Pythio
    Habere honoratus suos.
A Scyriâ (2) ille, quam petebat, insulâ
    Trojæ relictis finibus,
Vi venti abactus turbido erravit mari,
    Cum classe donec deviâ
Pervênit Ephyram (3), quâ Molossium brevis
    Sceptrum

(1) Delphos.
(2) Scyros insula Cycladum una, in qua Pyrrhus, sive Neoptolemus natus et educatus fuit.
(3) Quatuor Ephyræ fuerunt; Thessalica, quæ Cranon est, Achaica, quæ Corinthus, tertia circa Melin, et hæc Epirotica.

Χρόνον· ἀτὰρ γένος αἰεὶ φέρει
Τοῦτό οἱ γέρας. ᾤχετο δὲ πρὸς
Θεὸν, κτέατ' ἀνάγων Τρω-
ίαθεν, ἀκροθινίων.
Ἵνα κρεῶν νιν ὕπερ μάχας
Ἔλασεν ἀντιτυχόντ' ἀνὴρ μαχαίρα.

Σ. γ'. Κ. ιβ'.

Βάρυνθεν περισσὰ δὲ Δελφοὶ ξεναγέται.
Ἀλλὰ τὸ μόρσιμον ἀπέδωκεν.
Ἐχρῆν δέ τιν' ἔνδον ἄλσει παλαιτάτῳ
Αἰακιδᾶν κρεόντων τὸ λοιπὸν ἔμμεναι
Θεοῦ παρ' εὐτειχέα δόμον,
Ἡρωΐαις δὲ πομπαῖς
Θεμίσκοπον οἰκεῖν ἐόντα πολυθύτοις.
Εὐώνυμον. ἐς δίκαν
Τρία ἔπεα διαρκέσει·
Οὐ ψεῦδις ὁ μάρτυς ἔργμασιν ἐπιστατεῖ.
Αἴγινα, τεῶν Διός τ' ἐκ-
γόνων θρασύ μοι τόδ' εἰπεῖν

Α. γ'. Κ. ιβ'.

Φαενναῖς ἀρεταῖς ὁδὸν κυρίαν λόγων
Οἴκοθεν. ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις
Ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ. κόρον δ' ἔχει

Καὶ

---

retinuit hoc decus; [regnum;] ipse autem profectus est ad Deum, opes advehens e Troja manubiarum. Ubi propter carnes eum pugna congressum transfixit vir gladio.

[*Str.* 3.] Doluerunt valde Delphi hospitales. At quod in fatis erat, [ille] exsoluit; oportebat enim quendam, in luco vetustissimo, Æacidarum regum in posterum esse Dei juxta bene-munitam ædem, heroicisque sacrificiorum pompis inspector qui esset, habitare, sanctum ad jus observandum. Tria verba sufficiant. Non mendax ille testis rebus sacris præest, Tuorum, o Ægina, Jovisque nepotum audax satis animus hic mihi est dicere

[*Ant.* 3.] illustribus virtutibus proprium carmen domesticis: at enim modus in omni re dulcis; fastidiumque creat et mel et suaves flores Venerei. Indole vero natu-

Sceptrum recepit imperî,
Manente stirpi regio tamen suæ
Cunctis honore sæculis.
Profectus inde præscii domum Dei
Accessit Ilio ferens
Votiva dona; at irruens quidam sacrâ
De carne rixantem fero
Transfixit ictu. Cum dolore injuriam,
Irâque amantes hospitum
Sensêre Delphi. At ille fato debitam
Peremptus exsolvit vicem.
Hæc fixa quippe lex erat, volventibus
Ut unus annis Æaci
E stirpe princeps posteros situs dies
Juxtâ superbum molibus,
Clarumque templum Numinis vetertimam
Luci teneret incola
Sedem, sacrasque fidus Heroum vago
Pompas notaret lumine
Sancti satelles juris. Ille scilicet
(Nam dicta sunt satis tria)
Verax litandis præses illic victimis,
Ludisque testis adsidet.
Est animus audax mi profari, quæ tuus,
Ægina, sanguis, et Jovis,
A te profecta per nepotes protulit
Virtutis altæ lumina,
Longoque possum laudibus stratum tuis
Lustrare campum carmine;
In re sed omni dulcis est semper modus,
Et ipsa mellis suâvitas,

Καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' Ἀφροδίσια.
Φυᾷ δ' ἕκαστος διαφέρο-
μεν βιοτὰν, λαχόντες,
Ὁ μὲν τὰ, τὰ δ' ἄλλοι. τυχεῖν δ' ἓν ἀδύνατον
Εὐδαιμονίαν ἅπα-
σαν ἀνελόμενον· οὐδ' ἔχω
Εἰπεῖν, τίνι τοῦτο Μοῖρα τέλος ἔμπεδον
Ὤρεξε. Θεαρίων, τὶν
Δ' ἐοικότα καιρὸν ὄλβου

Σ. γ'. K. ζ.

Δίδωτι· τόλμαν τε καλῶν ἀραμένῳ
Σύνεσις οὐκ ἀποβλέπει φρενῶν.
Ξεῖνός εἰμι, σκοτεινὸν ἀπέχων
Ψόγον. ὕδατος ὥτε
Ῥοὰς, φίλον ἐς ἄνδρ' ἄγων
Κλέος ἐτήτυμον, αἰνέσω.
Ποτίφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς οὗτος.

Σ. δ'. K. ιβ'.

Ἐὼν δ' ἐγγὺς Ἀχαιὸς οὐ μέμψεταί μ' ἀνὴρ
Ἰονίας ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέων·
Καὶ προξενίᾳ πέποιθ'. ἔν τε δαμόταις
Ὄμματι δέρκομαι λαμπρὸν, οὐχ ὑπερβαλὼν,
Βίαια πάντ' ἐκ ποδὸς ἐρύ-
σαις.

---

naturali singuli differimus in vita, sortiti alius hæc, alia alii; at ut unus felicitatem omnem reportatam consequatur, fieri non potest; neque possum dicere, cuinam hunc Parca bonorum finem stabilem præbuerit. Tibi vero, o Theario, consentaneam opportunitatem felicitatis

[*Epod.* 3.] [illa] tribuit, resque præclaras audacter suscipientem prudentia non deficit mentis. Hospes sum, tenebricosam summovens invidiam; aquæ velut rivos, in amicum ducens verum, laudabo. Commerita vero viris bonis merces hæc.

[*Str.* 4.] Prope autem si adsit Achæus aliquis, non mihi succensebit ille Jonium ultra mare habitans. Et amicitia hospitali fretus sum et inter populares vultu tueor sereno, non insolens, violenta omnia removens. Modo reliquum lætum adveniat tem-

Venerisque flores aurei fusâ nimis
Dant copiâ fastidium.
Hic quisque porro dispares vitâ sumus,
Certisque distincti bonis,
Cum dona sortis alia sint aliis data.
Sed integrum mortalibus
Nefas apisci faustitatis gaudium,
Nec dixerim, quem perpete
Unquam bonorum Parca donarit statu.
Tibi, Theârion, tamen
Satis beatum commodumque tempori
Benigna munus obtulit,
Quo gloriosa facta posses fortiter
Ausu aggredi pulcherrimo,
Et mente nunquam deserente nobilis
Implere cœpta consilî.
Peregrinus asto summovens nigrum meis
Injuriæ probrum labris,
Laudansque amicum duco puram, limpidæ
Rivos ut undæ, gloriam.
Hæc justa namque fortibus merces viris.
Nec me propinquus accola,
Nec ponti Achæus littora Jonii (1) tenens
Culpare mordacem potest.
Fidê (2) hospitali mutuâ fretus loquor,
Satisque me purgat meis
Frons usque lucens et serena civibus,
Et æqua mens, quæ nescio
Ulli nocere turbidam procul mihi
Propulsat insolentiam.

 Sic

(1) Vir Achæus est Epirota aliquis ex iis, qui ducem Neoptolemum secuti in Epirum migrarunt.

(2) Hospitalitate, quæ inter Thebanos et Epirotas Æacidarum posteros est.

σαις. ὁ δὲ λοιπὸς εὔφρων
Ποτὶ χρόνος ἕρποι. μαθὼν δέ τις ἂν ἐρεῖ.
Εἰ πὰρ μέλος ἔρχομαι
Ψέγιον ὄαρον ἐννέπων.
Εὐξενίδα πάτραθε Σώγενες· ἀπομνύω
Μὴ τέρμα προβὰς, ἄκονθ' ὥσ-
τε χαλκοπάραον, ὄρσαι

A. δ'. K. ιβ'.

Θοὰν γλῶσσαν· ὃς ἐξέπεμψας παλαισμάτων
Αὐχένα καὶ σθένος ἀδίαντον,
Αἴθωνι πρὶν ἁλίῳ γυῖον ἐμπεσεῖν.
Εἰ πόνος ἦν, τὸ τερπνὸν πλέον πεδέρχεται.
Ἔα με, νικῶντί γε χάριν
Εἴ τί περ ἂν ἀερθεὶς
Ἀνέκραγον. οὐ τραχύς εἰμι καταθέμεν.
Εἴρειν στεφάνους ἐλα-
φρόν. ἀναβάλλεο. Μοῖσά τοι
Κολλᾷ χρυσὸν, ἔν τε λευκὸν ἐλέφανθ' ἁμᾶ,

Καὶ

---

tempus! Qui autem novit [me,] dicat an importune maledicum sermonem proferens veniam. [proferam.] O Euxenidarum tribu orte Sogenes! juro [vel sacramento enim contendo] me non, terminum transgressum, jaculi instar ære-cuspidati, vibrasse

[*Ant.* 4.] celerem linguam; qui [tu] eduxisti e luctationibus cervicem et robur sudore-non-adspersum, ardentem priusquam in solem membra inciderent. [solis æstum sentirent.] Si labor [tamen] fuit, delectatio major succedit. Sine me, victori in decus [ad ornandum victorem] si qua alta voce insonui. Non difficilis sum ad persolvendum [laudes, quæ debentur viris meritis.] Nectere coronas [frondeas] leve est. Exspecta. Musa tibi nectit aurum candidumque ebur una suavemque florem sub marino decerptum rore. [coralium.]

Sic omne posthac candido tempus fluat,
    Rectamque servet indolem.
Quicumque norit, dicat unus, an meæ
    Purum maligno polluam
Sermone lumen artis. O clarâ (1) Euxeni
    Deducte Sogenes Tribu,
Non ultra iisse veritatis terminum
    Juro, nec audacem nimis
In dicta linguam me vibrasse, ut æreâ
    Telum timendum cuspide.
En præco laudis justus assurgo tibi,
    Qui ex arduo luctamine,
Sol ante medius axe quam summo tuos
    Torreret artûs ignibus,
Cervice siccâ, nilque membris uvido
    Sudore sparsis, exiens
In te stupentis ora traxti Græciæ
    Nisûs novi miraculo.
Certamen ingens, asperum, durum fuit:
    Tibi sed inde clarior
Corona vênit, pleniorque strenuo
    Jucunditas victoriæ.
Sine ah, sine, ore si quid audisti meo
    Unquam sonari grandius,
Me corde laudis prodigo pignus tibi
    Insigne Victori dare.
Ne serta capiti necte frondium tuo;
    Quiesce. Cinget altera
Te pulcrior corona; quippe aurum tibi,
    Eburque Musa candidum,

 Suâvemque

(1) Ab Euxeno quodam Ægineta originem ducit familia Sogenis, et tota Tribus suum nomen.

Καὶ λείριον ἄνθεμον ποντίας ὑφελοῖσ' ἐέρσας.

E. δ'. K. ζ'.

Διὸς δὲ μεμναμένος ἀμφὶ Νεμέᾳ
Πολύφατον ὕμνων θρόον δόνει
Ἀσυχῇ. βασιλῆα δὲ Θεῶν
Πρέπει δάπεδον ἂν τόδε γαρυέμεν θευμερῷ
Ὀπί. λέγοντι γὰρ Αἰακὸν
Μιν ὑπὸ ματροδόκοις γοναῖς φυτεῦσαι,

Σ. έ. K. ιβ'.

Ἐμᾷ μὲν πολίαρχον εὐωνύμῳ πάτρᾳ,
Ἡράκλεες, σέο δὲ προπρεῶνα
Μὲν ξεῖνον ἀδελφεόν τ'. εἰ δὲ γεύεται
Ἀνδρὸς ἀνήρ· τί φαίμέν κε γείτον' ἔμμεναι,
Νόῳ φιλήσαντά γ' ἀτενεῖ,
Γείτονι; χάρμα πάντων
Ἐπάξιον. εἰ δ' αὐτὸ καὶ Θεὸς ἂν ἔχοι·
Ἐν τὶν κ' ἐθέλει, Γίγαντας ὃς ἐδάμασας, εὐτυχῶς
Ναίειν πατρὶ Σωγένης ἀταλὸν ἀμφέπων
Θυμὸν προγόνων εὐκτήμονα ζαθέαν ἀγυιάν.

A. ί.

[*Epod.* 4.] In Jovis vero mentionem prolapsus propter Nemeam, celebrem hymnorum sonum moveo placide. Regem enim Deorum decet solo in hocce celebrare divina voce. Ajunt enim ipsum [Jovem] a-matre-excepto semine genuisse Æacum,

[*Str.* 5.] meæ quidem gubernatorem illustris patriæ, tuumque, o Hercules, benevolum hospitem fratremque. Si vero utilitatem capit ex homine homo: quid dicamus vicinum, animo intento amantem, esse vicino? si vero id ipsum etiam Deus præstet, felicitas hæc omnibus præferenda. Apud te utique [in tua vicinia] debet, o Gigantas qui domuisti, faustis auspiciis habitare Sogenes, pium erga patrem fovens animum, majorum opulento præclaro vico.

Suâvemque florem, quem marino sedula
    E rore decerptum extulit,
Concinnat unâ et instruit victricibus
    Gestamen æternum comis.
At Tu, decôra festa quæ Nemeæ canis,
    Jovi strepentem lenius
Æginæ amanti, Diva, concentum move.
    Namque omnium Regem Deûm
Victoris etiam patrio est æquum in solo
    Justis sonare vocibus.
Satus per illum, semine excepto inclytâ
    A matre, fertur Æacus
Claræ ille princeps patriæ, Victor, tuæ,
    Tuusque frater, Hercules,
Hospesque amicus. Si virum vir indigum
    Vel dissitus procul juvat,
Qualem putemus esse vicino suo
    Constante vicinum fidê?
Haud majus isto gaudium, vicInia
    Si præstet hoc ipsum Dei.
Tibi ergo junctus, o Gigantum perditor,
    Velut parenti filius,
Factis avorum splendidum, et diti undique
    Rerum fluentem copiâ
Vicum beatâ sorte gaudebit puer
    Habitare tecum Sogenes.

A. ἰ. K. ιβ'.

Ἐπεὶ, τετραόροισιν ὤθ᾽ ἁρμάτων ζυγοῖς,
Ἐν τεμένεσι δόμον ἔχει τε-
οῖς, ἀμφοτέραις ἰὼν χερός. ὦ μάκαρ,
Τὶν δ᾽ ἐπέοικεν, Ἥραν πόσιν τε πειθέμεν
Κόραν τε γλαυκώπιδα. δύνα-
σαι δὲ βροτοῖσιν ἀλκὰν
Ἀμαχανιᾶν δυσβάτων θαμὰ διδόμεν.
Εἰ γάρ σφισιν ἐμπεδο-
σθενέα βίοτον ἁρμόσαις
Ἥβᾳ λιπαρῷ τε γήραϊ διαπλέκοις
Εὐδαίμον᾽ ἐόντα. παίδων
Δὲ παῖδες ἔχοιεν αἰεὶ

E. ἰ. K. ζ.

Γέρας τό περ νῦν, καὶ ἄρειον ὄπισθεν.
Τὸ δ᾽ ἐμὸν οὔ ποτε φάσει κέαρ
Ἀτρόποισι Νεοπτόλεμον ἑλ-
κύσαι ἔπεσσι. ταῦτα
Δὲ τρὶς τετράκις τ᾽ ἀμπολεῖν,
Ἀπορία τελέθει, τέκνοι-
σιν ἅτε μαψυλάκας, Διὸς Κόρινθος.

ΠΙΝΔ.

[*Ant.* 5.] Nam, quadrijugis velut curruum in jugis, inter delubra domum habet tua, utravis procedens manu. Te vero decet, o Heros, Junonem maritumque exorare Puellamque cæsiam; tuque identidem dare potes mortalibus remedium difficultatum inextricabilium. Utinam itaque stabilem juventuti lætæque senectuti intertextam vitæ felicitatem ipsis [patri et filio] concedas, filiorumque filii teneant semper

[*Epod.* 5.] honorem, quo nunc fruuntur, et præstantiorem in posterum. Meum vero nunquam sustinebit cor impiis Neoptolemum lacerasse verbis. Hæc tamen terque quaterque revolvere, inopia est; pueris velut blatero [parens itidem repetit:] Jovis Corinthus.

Tua inter ille nam sacella possidet
Utrinque conclusam domum,
Temonis instar, nexa qui medius tegit,
Et spectat arma curruum.
Quare supernâ Te, beate, Cælitum
In arce Junonem decet,
Magnumque sponsum, cæsiamque supplici
Ambire virginem (1) prece.
Tu flecte Divos, qui potes mortalium
Persæpe inextricabiles
Virtute casûs expedire, et asperis
Afferre solamen malis.
Tu Sogeni, patrique robur integrans
Vitam juventæ floridam,
Senioque texe continenter nexili
Felicitatis ordine,
Et liberorum da benignus liberis
Hoc ipso honore fulgere,
Quo gens renidet semper, insigni magis
Crescente in annos lumine.
Me porro nunquam conscium recti arguet
Mens intus, ore injurio
Læsisse Pyrrhum. Sed ter est inopis nimis
Idem revolvere, et quater,
Referre et illum, qui suis natis loquax
Corinthon inculcet Jovis.

NEMEÆÆ

(1) Minervam, quam poetæ cæsiis oculis pingunt.

NEMEÆÆ OCTAVÆ

ARGUMENTUM.

Dinis Megæ filius Æginetæ post obitum patris æque ac ille, stadii Victor in Nemea proclamatus est, juvenis non vigore solum, sed forma quoque corporis præstans, ut Scholiastes refert. Hinc Joannes Benedictus gravis Pindari interpres, et eruditus Gautierus sententiam Grammatici illius secuti a Victoris pulcritudine sumptum putant exordium hymni. Sagacissimus vero Heynius non ad formosum Dinidem a Poeta respici judicat, sed ad Æginam Nympham, cujus venustate ita captus et illectus fuit Juppiter, ut eam nobilissimam esse voluerit Æacidarum matrem aliorumque Heroum, qui Œnonen essent in posterum suis virtutibus illustraturi. Qua Nymphæ dignitas in ipsum etiam redundat Dinidem Megamque patrem et Chariadas tribules ob divinam patriæ originem, qua Nemeæam victoriam superbiorem reddit. Quare Æaco Jovis et Æginæ filio Œnones Regi celeberrimo poeta supplicat venerabundus, ut caræ urbis civibus, Dinidi in primis ejusque genti Lydii carminis delinitus dono eam impetret a matre Dea felicitatem, quæ olim Cinyræ Regi in Cypro contigit. Nam felicitas, quæ divinitus datur, diuturnior constantiorque semper est. Præcidit autem historiam Cinyræ, ne universam percurrens plus æquo digrediatur, ne repetat quæ nota sunt omnibus, et nova proferens det ansam invidis calumniandi. Invidia siquidem solum bonos et fortunatos petit, cum deterioribus et miseris non contendit. Satis illa se prodidit in consessu Græcorum, qui Ajace neglecto arma Achillis Ulyssi adjudicarunt, quamvis valde dissimilis amborum virtus esset in pugna, et versutum oratorem fortissimo prætulerunt Heroi. Detestata invidia ejusque malis artibus sui candorem animi explicat Pindarus, ut vita functus bene audiat, suisque liberis relinquat bonam famam. Itaque profitetur se non aurum immensosque campos appetere, sed eo uno teneri studio, quo

quo suis civibus placeat laudandos laudant, et improbos jutta aspergens infamia. Virtutes enim, ut rore arbores, laudatione crescunt per doctos amicosque viros, quorum utilitas tunc maxime eminet, cum illi Victores, qui laudari cupiunt et gaudent ad vivum repræsentatos quasi ob oculos ponunt, ut fidem factis concilient. Cum vero Megam in vitam restituere poeta nequeat et præsentem sistere, splendidam lucem victoriarum, quas ille et filius in gymnicis certaminibus reportarunt Chariadarum Tribui gloriosissimas, in columna a Musis erecta monstrat, et hymno prosequitur bonorifico, qui ad leniendas Athletarum ærumnas in usu olim fuit etiam ante bellum illud, quod Adrastus cum Polynice adversus Eteoclem et Thebanos gessit. Nam apud Græcos nullum scriptum poetarum carminibus fuit antiquius.

εἶδος η'.

ΔΕΙΝΙΑ͵ ΥΙΩ͵ ΜΕΓΑ ΑΙΓΙΝΗΤΗ͵

σταδιεῖ.

Σ. ά. Κ. θ'.

Ὥρα πότνια, κάρυξ
Ἀφροδίτας ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων,
Ἅτε παρθενίοισι καὶ παίδων ἐφίζοι-
σα βλεφάροις, τὸν μὲν ἁμέροις ἀν' ἀγκάς
Χερσὶ βαστάζεις, ἕτερον δ' ἑτέραις.
Ἀγαπατὰ δὲ, καιροῦ μὴ πλαναθέν-
τα, πρὸς ἔργον ἕκαστον
Τῶν ἀρειόνων ἐρώ-
των ἐπικρατεῖν δύνασθαι.

Α. ά. Κ. θ'.

Οἷοι καὶ Διὸς Αἰγί-
νας τε λέκτρον ποιμένες ἀμφεπόλησαν
Κυπρίας δώρων· ἔβλαστεν δ' υἱὸς, Οἰνώ-
νας βασιλεὺς, χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄριστος.

Πολλαὶ

NEMEA. VIII.

[*Str.* 1.] Juventa veneranda, præco Veneris dulcium amorum, quæ virgineis juvenumque insidens palpebris alium quidem blandis fati manibus gestas, alium vero aliis. [h. e. duris.] Jucundum autem est, ab opportunitate non aberrantem in re qualibet, felicibus amoribus potiri posse.

[*Ant.* 1.] Quales etiam Jovis Æginæque lectum circumvolitarunt Cypriæ donorum custodes: effloruitque filius, [Æacus] Œnonæ rex, manu et consiliis præstantissimus,

N E M E A.

DINIDI MEGÆ FILIO ÆGINETÆ

STADII CURSORI.

ODE ALCMANIO-EURIPIDEA VIII.

Dulcium nutrix Amorum,
    Cypriæque nuntia
Alma Divæ, Pulcritudo,
    Quæ pudicis virginum,
Puberumque læta regnans
    Insidensque palpebris
Mitis hunc foves, manuque
    Dura tractas alterum,
Quam beata res amanti
    Tempore et loco datis
Posse nil vagum potiri
    Prosperisque amoribus!
Sic et Æginæ Jovisque
    Floridum circa torum
Conscii sortis volarunt
    Fervidi Cupidines,
Turba felix, et (1) Diones
    Fida custos munerum.
Natus Ænônes (2) Tyrannus
    Inde surrexit, manu
Consilîque multiformi
    Præpotens solertiâ.

 Multa

(1) Diones nomine ipsa filia Venus sæpissime appellatur.

(2) Æacus.

Multa multi gestiebant
    Inclytum virtutibus
Os videre et accolarum
    Flos virorum, qui in solo
Fræna saxoso regebant
    Atticarum gentium,
Quique Spartæ grande jactant
    Tantali a nato genus,
Sponte Regi se dedêre
    Nil repugnantes sacris
Uniter parêre jussis.
    Ipse nunc supplex quoque
Urbe pro carâ, simulque
    Strenuis pro civibus
Æaci verenda tango
    Genva Lydiam ferens
Dædali mitram (1) decôris
    Elaboratam magâ
Arte cantûs, bîs adeptæ
    Dinidi, et patri Megæ
In stadî citis Nemæi
    Cursibus victoriæ
Lumen immortale, sertis
    Majus et centum decus.
Namque cunctis longiore
    Durat ævo vivida
Illa faustitas, benigni
    Quam favor sêvit Dei,
Affluente qui bonorum
    Largus olim copiâ

In

(1) Hymnum Lydia harmonia contextum, quo Victores quasi pretioso diademate redimiantur.

Σ. β'. Κ. θ'.

Ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔ-
βρισε πλούτῳ ποντίᾳ ἐν ποτὲ Κύπρῳ.
Ἵσταμαι δὴ ποσσὶ κούφοις, ἀμπνέων τε
Πρίν τι φάμεν. πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέλε-
κται. νεαρὰ δὲ ἐξευρόντα δόμεν
Βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυ-
νος, ὄψον φθονεροῖσιν.
Ἅπτεται δ᾽ ἐσλῶν ἀεί,
Χειρόνεσσι δ᾽ οὐκ ἐρίζει.

Α. β'. Κ. θ'.

Κεῖνος καὶ Τελαμῶνος
Δάψεν υἱόν, φασγάνῳ ἀμφικυλίσσαις.
Ἦ τιν᾽ ἄγλωσσον μέν, ἦτορ δ᾽ ἄλκιμον λά-
θα κατέχει λυγρῷ ἐν νείκει· μέγιστον
Δ᾽ αἰόλῳ ψεύδει γέρας ἀντέταται.
Κρυφίαισι γὰρ ἐν ψάφοις Ὀδυσσῆ

Δαναοὶ

[*Str.* 2.] qui [Deus] olim etiam Cinyram auxit divitiis marina in Cypro. Consisto, [etsi] sane pedibus velocibus, et respirans, antequam aliquid adjiciam. Nam multa multis dicta sunt. Nova vero inventa tradere examini exploranda omnino periculosum est: obsonium [oblectamentum] invidis. Attingit vero [invidia] semper bonos, cum deterioribus autem non contendit.

[*Ant.* 2.] Eadem et Telamonis perdidit filium, ense induens [eum.] Utique animo strenuum, si facundia careat, oblivio [obscuritas, ut inferior judicetur] detinet tristi in certamine; maximum vero callide-ornatis mendaciis præmium propositum est.

In marinæ sede Cypri
    Regium (1) Myrrhæ patrem
Cinxit undique, et beatis
    Irrigavit gaudiis.
Hic resisro, et incitati
    Comprimo ardorem pedis
Acquiescens, nil et ultra
    Stat voluntas progredi.
Multa quippe dicta mulris,
    Et novi quicquam dare
Lancis austeræ severo
    Pensitandum examini
Plena tota res pericli,
    Turbidoque protinus
Esca Livori parata,
    Qui suo summos petit
Usque dente, nec jacentes
    Infimo rangit loco.
Ille Teucri (2) bellicosum
    Perdidit fratrem, ferum
Dirus immittens in ensem.
    Debilem linguâ, licet
Corde sit fortis, molesto
    Litis in certamine
Triste despectum maligna
    Negligunt oblivia;
Maximi sed arte picto
    Sistitur mendacio
Lux honoris. Namque Ulyssi
    Cæca per suffragia

Improbi

(1) Cinyram Regem opulentissimum.

(2) Ajacem Thelamonis filium et Teucri fratrem Græcorum livor perdidit.

Δαναοὶ θεράπευσαν·
Χρυσέων δ' Αἴας στερη-
θεὶς ὅπλων φόνῳ πάλαισεν.

Ε. β'. Κ. ιά.

Ἦ μὰν ἀνόμοιά γε δαΐ-
οισιν ἐν θερμῷ χροΐ
Ἕλκεα ῥῆξαν πολεμιζόμενοι
Ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ, τὰ μὲν
Ἀμφ' Ἀχιλλεῖ νεοκτόνῳ,
Ἄλλων τε μόχθων πολυφθόροισιν ἐν
Ἁμέραις. ἐχθρὰ δ' ἄρα πάρφασις ἦν
Καὶ πάλαι αἱμύλων μύθων ὁμόφοι-
τος, δολοφραδής, κακοποιὸν ὄνειδος.
Ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται,
Τῶν δ' ἀφάντων κῦδος ἀντείνει σαθρόν.

Σ. γ'. Κ. θ'.

Εἴη μή ποτέ μοι τοι-
οῦτον ἦθος, Ζεῦ πάτερ. ἀλλὰ κελεύθοις
Ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, θανὼν ὡς
Παισὶ κλέος μὴ τὸ δύσφαμον προσάψω.

Χρυσὸν

---

est. Clanculariis enim suffragiis Ulyssi Danai gratificati sunt; aureis vero Ajax defraudatus armis cum cæde luctatus est.

[*Epod.* 2.] Utique tamen dissimilia hostibus in calido corpore vulnera inflixerant militantes defensante-homines hasta, partim circa Achillem recens interfectum, partim aliorum laborum perniciosissimis diebus. Sed adversa nimirum orationis versutia erat etiam olim, blandorum verborum comes, doli-meditatrix, maleficum opprobrium; quæ quidem, quod splendidum est, deprimit, obscurorum autem gloriam extollit putridam.

[*Str.* 3.] Sint nunquam mihi tales mores, o Jupiter pater! Sed viis simplicibus vitæ utinam insistam, defunctus ne liberis famam male audientem relinquam. Aurum

Improbi fâvêre Achivi:
    Fortis Ajax aureis
Nudus armis æstuosæ
    Concidit luctans neci.
Ast utrique (1) immane quantum
    Discrepabant vulnera
In calentibus furentum
    Facta membris hostium
Fulgure imminentis hastæ,
    Seu recente Achillei
Morte rapti militarent
    Ante corpus flebile,
Sive in alteris laborum
    Crebra tempestatibus
Prælia urgerent ruinas
    Inter, et Leti impetûs!
Vicit illa invisa semper
    Vafra linguæ gratia,
Blanda quæ comes loquelæ,
    Callidi inventrix doli,
Et probri parens nocentis,
    Omne quod splendet, premit,
Viliumque vi potenti
    Putre nomen sustinet.
Absit, oro, mos iniquus
    Iste, Juppiter, mihi,
Perque purum transigatur
    Vita callem, mortuus
Quo meis decus relinquam,
    Non pudorem liberis.

(1) Quam dissimilis in Ajace et Ulysse belli virtus erat!

Χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι
Ἀπέραντον· ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν καὶ
Χθονὶ γυῖα καλύψαι-
μ', αἰνέων αἰνητά, μομ-
φὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς.

A. γ'. K. θ'.

Αὔξεται δ' ἀρετά, χλω-
ραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσ-
σει, σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις
Τε πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα. χρεῖαι δὲ παντοῖ-
αι φίλων ἀνδρῶν· τὰ μὲν ἀμφὶ πόνοις
Ὑπερώτατα. μαστεύει δὲ καὶ τέρ-
ψις ἐν ὄμμασι θέσθαι
Πίστιν. ὦ Μέγα, τὸ δ' αὖ-
τις τεὰν ψυχὰν κομίξαι,

E. γ'. K. ιά.

Οὔ μοι δυνατόν· κενεᾶν
Δ' ἐλπίδων χαῦνον τέλος·
Σεῦ δὲ πάτρᾳ Χαριάδαις τε λάβρον
Ὑπερεῖσαι λίθον Μοισαῖον, ἕ-
κατι ποδῶν εὐωνύμων

Δὶς

rum optant, campumque alii immensum. Ego vero civibus utinam probatus etiam terra membra operiam, laudans laudanda, vituperium vero adspergens improbis.

[*Ant.* 3.] Crescere autem solent virtutes, viridi rore velut arbor surgit, per sapientes exaltatæ ad liquidum ætherem bonosque viros. Usus vero varius est amicorum; in victoriis quidem maxime; quæritque etiam oblectatio, ante oculos aliorum poni ejus fidem. Tuam vero, o Mega, animam rursus ab inferis reducere

[*Epod.* 3.] non quidem possum; vanamque spem ad exitum perducere velle, stolidum. Sed tribui tuæ possum Chariadisque ingentem statuere lapidem Musæum, ob pedum

Optet unus aggerati
Lumen auri, pinguia
Alter immensi tenere
Culta campi gestiat.
Ipse, vivus si placere
Civibus possum meis
Laude conspergens honestos,
Improbos infamiâ,
Membra matri extincta terræ
Lætus et libens dabo.
Per sophos bonosque crescit,
Rore ut alta et imbribus
Planta, et ætheris liquentes
Tollit in tractûs caput
Carmine irrigata virtus.
Est amicorum potens
Usquequaque commodusque
Rebus in cunctis Favor,
Summa sed præstat secundis
In laborum præmiis.
Ante cunctos ille visûs
Acta, et ipsa fortium
Ora sistit, ut voluptas
Plena surgat et fides.
Ah, Megâ, tuos ab Orci
Mi nefas reducere
Sede Manes, spemque stultam
Vana finis dissipat!
Mi licet tamen politi
Per Camenas marmoris
Tollere ingentem columnam,
Quæ Tribûs nomen tuæ

 Claret

Δὶς δὴ δυοῖν. χαίρω δὲ, πρόσφορον
Ἐν μὲν ἔργῳ κόμπον ἱεὶς. ἐπ' ἀοι-
δαῖς δ' ἀνὴρ νώδυνον καί τις κάματον
Θῆκεν. ἦν γε μὰν ἐπικώμιος ὕμνος
Δὴ πάλαι, καὶ πρὶν γενέσθαι
Τὰν Ἀδράστου τάν τε Καδμείων ἔριν.

pedum victorias illustres bis sane duas. Gaudeo autem convenientes facto emittere laudes. Carminibus vero doloris-expertem multi etiam laborem fecere. Erat enim laudatorius hymnus jam olim, etiam antequam fieret Adrasti Cadmeorumque bellum.

Claret ostentans superba
Flammeo partos pede
Duplices vobis triumphos.
Gaudeo vestris parem
Posse factis nil minore
Ferre cantu gloriam.
Lenit hymnus et dolores
Eripit laboribus,
Hymnus ille, qui vetustis
Dicitur sæclis sacer
Astitisse præco laudis
Ante, quam Cadmo satæ
Luctuosum genti Adrastus
Suscitaret prælium.

NEMEÆÆ NONÆ

ARGUMENTUM.

HÆC Ode, aliaque duæ, quæ sequuntur, non ad Nemeonicas, sed ad ἐγκώμια, quæ Pindarus scripserat, procul dubio pertinent, ut a vetere Grammatico observatum est, et ab Heynio solertissimo comprobatum. Laudatur autem hic Chromius ille, cui Nemea prima dicata fuit, quique nunc ex Pythiis ludis Sicyone institutis victor redit ad urbem Ætnam. Excitat itaque Poeta Musas, ut triumphalem pompam cum cantu Sicyone in Siciliam ducant Latonam matrem geminamque ejus prolem ludorum præsidem celebrantes ob victoriam insignem Chromii, quam curru retulit. Non enim, ut vetus proverbium monet, eximium factum jacere humi debet inglorium, sed laude, quæ divino afflatu fit, apte et convenienter ornari. Sed quoniam ludi, in quibus Chromius vicit, ab Adrasto Argivi hærede regni Sicyone instituti fuerunt, ubi ipse in fugam pulsus ab Amphiarao regnabat, occasionem arripit Pindarus percurrendi historiam totam Herois, quæ Sicyoniis civibus futura erat gratissima propter urbis ornamentum recens ab eo acceptum, et virtutis æmulationem per certamina inductam. Ac primum novam affinitatem Adrastum inter et Amphiaraum memorat data huic ab Adrasto in conjugem Eriphyle sorore in certum pignus redintegratæ amicitiæ; expeditionem deinde belli temerariam contra Thebanos arguit detorquens vitium a principibus in exercitum, ut eorum culpam extenuet; infaustum tandem exitum ad Ismenum Bœotiæ flumen refert cæsis Argivis omnibus præter Adrastum et Amphiaraum, quem jussu Jovis una cum equis et curru dehiscens tellus absorbuit, ne hasta Periclymeni percussus turpiter interiret. Calamitas porro hujusce belli funesta memoriam revocat alterius belli, quod Phœnices gessere contra Siculos, quodque olim ab Hierone et Gelone adjuvante Chromio repressum fortiter fuit. Hinc poeta Jovem orat, ut novum hostium quam longissime

arceat

arceat incursum, et Ætnæ civibus civilem glóriam cum splendore ædium fortiumque factorum diu benignus impertiat. Nam in Siculo populo bellicosi viri sunt, majorem divitiis habentes animum, patriæque amantissimi, qualis est Chromius, qui ita ad Helorum Siciliæ fluvium pugnavit, ut Hector ad Scamandrum, invicta virtute clarus in omni præliorum genere jam inde ab ipso juventutis flore, quique majora daturus est terra, marique suæ fortitudinis monumenta quæ novo carmine illustrentur, cum patria in rebus arduis defensorem intrepidum postulabit. Gratulatur itaque Chromio, quod ex laboribus juste in juventute susceptis placidam consecuturus senectutem sit, et quod divitiis et gloria factorum cumulatus summum attigerit felicitatis fastigium. Quare, ut convivium jucundum reddit modesta hilaritas, sic victoriam cantus auget suscitatus a vino. Hoc igitur sibi porrigi vult poeta, ut alacrior ad canendum fiat, in phialis a Chromio adeptis per victoriam, quod in his latior vini potio est futura, et hymnus inde exsurgens victori gratior. Jovem demum precatur, ut faventibus Gratiis ita sibi laudatus Chromius sit, ut laudatores alios omnes præstantia carminis vicerit.

NEMEA.

εἶδος θ'.

ΧΡΟΜΙΩι ΑΙΤΝΑΙΩι

ἅρματι.

Δυωδεκὰς α'.

Κωμάσομεν παρ' Ἀπόλλω-
νος Σικυῶνοθε, Μοῖσαι,
Τὰν νεοκτίσταν ἐς Αἴτναν,
Ἔνθ' ἀναπεπταμέναι
Ξείνων νενίκανται θύραι,
Ὄλβιον ἐς Χρομίου
Δῶμ'. ἀλλ' ἐπέων γλυκὺν ὕμνον πράσσετε.
Τὸ κρατήσιππον γὰρ ἐς ἅρμ' ἀναβαίνων,
Ματέρι καὶ διδύμοις
Παίδεσσιν αὐδὰν μανύει,
Πυθῶνος αἰπεινᾶς ὁμο-
κλάροις ἐπόπταις.

Δ. β'.

Ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώ-
πων, τετελεσμένον ἐσλὸν
Μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι.
Θεσπεσία δ' ἐπέων

Καύχας

NEMEA. IX.

[*Duodecas* 1.] Chorum-ducemus ab Apolline e Sicyone profecti, o Musæ, recens-conditam in Ætnam, ubi apertæ hospitibus victoriam reportarunt portæ, beatam in Chromii domum. At carminum dulcem hymnum texite. Equis-vincente enim curru adscenso matri [Latonæ] et geminis liberis ejus cantum denunciat, Pythonis excelsæ consortibus ejus inspectoribus.

[*Duod.* 2.] Est vero quoddam dictum hominum: rem præclare gestam non humi silentio

NEMEA.

CHROMIO ÆTNÆO

VICTORI CURRU.

ODE ALCAICA IX.

AB urbe, Musæ, nunc Sicyoniâ,
Phœbique ludis ad nova mœnia
Ætnæ volantes, quâ beati
Ampla domus Chromii patentes
Dat victa densis hospitibus fores,
Late sonantis lætitiam chori
Ducemus. Ergo dulcis hymni
Textile deproperate munus
Victori amico, quod rapidis equis
Curruque adeptum nuntiat is sibi,
Dicatque Latonæ parenti
Rite pius, geminæque (1) proli,
Quæ festa celsæ sorte vigil pari
Novella Pythûs curat et inspicit
Præses. Decôrum quippe factum
Vox hominum vetat una passim
Humi repressum mergier invidi
Umbrâ silentî. Laus decet inclytos

 Cælestis

(1) Apollini et Dianæ, cum pari jure et sorte Pythiis ludis Sicyone institutis præsint.

Καύχας ἀοιδὰ πρόσφορος.
Ἀλλ' ἀνὰ μὲν βρομίαν
Φόρμιγγ', ἀνὰ δ' αὐλὸν ἐπ' αὐτὰν ὄρσομεν
Ἱππείων ἀέθλων κορυφὰν, ἅτε Φοίβῳ
Θῆκεν Ἄδραστος ἐπ' Ἀ-
σωποῦ ῥεέθροις· ὧν ἐγὼ
Μνασθεὶς, ἐπασκήσω κλυταῖς
Ἥρωα τιμαῖς.

Δ. γ'.

Ὅς τότε μὲν βασιλεύων
Κεῖθι, νέαισί θ' ἑορταῖς
Ἰσχύος τ' ἀνδρῶν ἁμίλλαις
Ἅρμασί τε γλαφυροῖς
Ἄμφαινε κυδαίνων πόλιν.
Φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρη-
ὄν τε θρασυμήδεα καὶ δεινὰν στάσιν,
Πατρίων οἴκων ἀπό τ' Ἄργεος. ἀρχοὶ
Δ' οὐκ ἔτ' ἔσαν Ταλαοῦ
Παῖδες, βιασθέντες λύᾳ.
Κρέσσων δὲ καππαύει δίκαν
Τὰν πρόσθεν ἀνήρ.

Δ. δ'.

Ἀνδροδάμαν τ' Ἐριφύλαν,

Ὅρκιον

---

silentio tegendam. Divinus autem carminis laudatorii cantus consentaneus. Age vero, sonoram citharam, age, tibiam impellamus ad ipsum, equestrium certaminum cacumen, quæ Phœbo instituit Adrastus ad Asopi fluenta. Quorum ego mentione facta exornabo inclytis heroem honoribus:

[*Duod.* 3.] Qui tunc quidem regnans ibi, novisque festis et de robore virorum certaminibus curribusque politis illustrem-reddidit decorans urbem. Fugiebat enim Amphiaraumque audacem-consilio, et gravem seditionem paternæ domus Argosque. Principes vero non amplius erant Talai filii, oppressi seditione. Enimvero præstantior [mente] sedat litem priorem vir;

[*Duod.* 4.] mariti-domitricemque Eriphylem, ceu fidele fœderis pignus, dantes

Oiclidæ

Cælestis ausûs, nec superbo
Nobilior magis ulla cantu est.
Fas tibiæ actis nunc igitur sonum,
Lyræque voces pellere equestrium
Adusque ludorum cacumen,
Quos celebri statuisse pompâ
Adrastus (1) almo fertur Apollini
Asôpi ad undam; fas quoque Pythium
Mi corde volventi decôrem
Non humili celebrare honore
Heroa magnum, qui populi pater
Et rector illic splendida civibus
Convivia inducens virûmque
Prælia, conspicuosque fabro
Labore currûs lætius hospitam
Ornavit urbem. Namque per omnia
Vi consilî audacter ruentem
Amphiarem (2), patriæque motum
Gravesque turbas conspiciens domûs
Suis ab Argis cesserat, et sibi
Cæco in tumultu rapta sceptra
Triste genus Talai dolebat.
Verum coortam mulcet, et acrius
Ardere litem vir sapiens (3) vetat.
Te conjugem Œclîdæ, mariti
Te domitricem, Eriphyla, (4) fratres

 Dedêre

(1) A Clisthene Sicyonio instituta fuere Pythia, sed in melius ab Adrasto redacta.

(2) Amphiarem ab Ἀμφιάρης, ut sentit Heynius, et necessitas metri postulat.

(3) Adrastus Talai filius sapientia præstans præ ceteris fratribus.

(4) Adrasti, qui affinitate contracta pristinam dignitatem recuperarunt.

Ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν,
Δόντες Οἰκλείδᾳ γυναῖκα,
Ξανθοκομᾶν Δαναῶν
Ἦσαν μέγιστοι. καί ποτ' ἐς
Ἑπταπύλους Θήβας
Ἄγαγον ἀνδρῶν στρατὸν, αἰσιᾶν
Οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδόν. οὐδὲ Κρονίων,
Ἀστεροπὰν ἐλελί-
ξαις, οἴκοθεν μαργουμένους
Στείχειν ἐπώτρυν', ἀλλὰ φεί-
σασθαι κελεύθου.

Δ. ί.

Φαινομέναν δ' ἄρ' ἐς ἄταν
Σπεῦδεν ὅμιλος ἱκέσθαι
Χαλκέοις ὅπλοισιν ἱππεί-
οις τε σὺν ἔντεσιν. Ἰ-
σμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχθαισι, γλυκὺν
Νόστον ἐρυσάμενοι,
Λευκανθέα σώμασ' ἐπίαναν καπνόν.
Ἑπτὰ γὰρ δαίσαντο πυραὶ νεογυίους
Φῶτας. ὁ δ' Ἀμφιάρηϊ
Σχίσεν κεραυνῷ παμβίᾳ
Ζεὺς τὰν βαθύστερνον χθόνα,
Κρύψεν δ' ἅμ' ἵπποις,

Δ. ς'.

Oiclidæ [Amphiarao] uxorem, flavicomorum Danaorum facti sunt maximi. Et quondam septiportes Thebas deduxerunt virorum exercitum, non faustis auspiciis: neque Saturnius, fulmine vibrato, e domo furioso-impetu-concitatos [eos] proficisci jussit, sed abstinere a profectione.

[*Duod.* 5.] Manifestam vero utique ad cladem properabat exercitus venire, æreis cum armis equestrique apparatu. Ismeni vero ad ripas, dulci reditu inhibito, albicantem corporibus pinguefecerunt fumum. Septem enim devorarunt pyræ juvenes viros; Amphiarao autem diffidit fulmine violento Jupiter latam terram, absconditque eum cum equis,

Dedêre pacis pignus amabile,
Statimque primi flavicomantium
Sunt facti Achivûm, Mattiamque
Inde aciem prope cincta septem
Thebana portis mœnia nobiles
Duxere, quamvis alite non bonâ
Iter laboraret, nec alto
Fausta tonans ageret furentem
In bella turbam Juppiter, at domi
Tutam moneret sistere. Nil tamen,
Nil omen horrens in paratam
Perniciem properabat agmen,
Robur pedestre, et florem equitum simul
Et arma campis ærea bellico
Manente nimbo. Dulcis illic
Spe reditûs miseris ademptâ,
Ismêni (1) ad oras pinguia, turbida
Fumi albicantis nubila ab artubus
Ibant in auras; quippe inanes
Principis exuvias juventæ
Septem vorarunt flebiliter rogi;
Paterque jactu fulminis omnia
Vincente telluris profundum
Diffidit Amphiari barâthrum,

Ipsumque,

(1) Ismenus Bœotiæ fluvius est Thebas præterlabens, ad quem Argivi cum Thebanis dimicarunt; sed omnes, excepto uno Adrasto, prope mœnia urbis occisi sunt.

Δ. ϛ'.

Δουρὶ Περικλυμένου πρὶν
Νῶτα τυπέντα μαχατὰν
Θυμὸν αἰσχυνθῆμεν. ἐν γὰρ
Δαιμονίοισι φόβοις
Φεύγοντι καὶ παῖδες Θεῶν.
Εἰ δυνατὸν, Κρονίων,
Πεῖραν μὲν ἀγάνορα Φοινικοστόλων
Ἐγχέων ταύταν θανάτου πέρι καὶ ζω-
ᾶς ἀναβάλλομαι ὡς
Πόρσιστα. μοῖραν δ' εὔνομον
Αἰτέω σε παισὶν δαρὸν Αἰ-
τναίων ὀπάζειν,

Δ. ζ'.

Ζεῦ πάτερ, ἀγλαΐαισιν
Δ' ἀστυνόμοις ἐπιμῖξαι
Λαόν. ἐντί τοι φίλιπποί
Τ' αὐτόθι καὶ κτεάνων
Ψυχὰς ἔχοντες κρέσσονας
Ἄνδρες. ἄπιστον εἶ-
π'. αἰδὼς γὰρ ὑπόκρυφα κέρδει κλέπτεται,
Ἃ φέρει δόξαν. Χρομίῳ κεν ὑπασπί-
ζων παρὰ πεζοβόαις
Ἵπποις τε ναῶν τ' ἐν μάχαις

Ἔκρινας

[*Duod.* 6.] hasta Periclymeni antequam tergo percussus forti animo pudefieret. Nam in divinitus-immissis terroribus fugiunt etiam filii Deorum. Si fieri potest, o Saturnie, superbam hanc Phœniciarum hastarum de morte et vita dimicationem precibus-amoveo quam longissime; felicitatem vero legibus-sapienter-constitutam, rogo te, filiis diu Ætnæorum præbeas,

[*Duod.* 7.] o Jupiter pater, decoribusque civilibus admoveas populum. [h. ea ei impertias.] Sunt utique in eo equorum studiosi, divitiisque animos habentes præstantiores viri. Incredibile dixi. Verecundia enim [honestarum rerum studium] latenter lucri cupiditate vincitur [plerumque in iis], quæ gloriam afferunt. Chromio

autem

Ipsumque currumque occuluit prius,
Quam terga figens forti animæ Auguris
Inferret ignotum ferocis
Hasta Periclymeni (1) pudorem.
Vel ipsa missos ab Jove territa
Fugit Deorum progenies (2) metus.
Ah! fata ni obsistunt, superbas,
Rex hominum, procul, oro, pelle
Phœnîcis (3) hastas, pelle necis trucem
Vitæque ludum, et pacifici, Pater,
Da liberis Ætnæ beari
Legibus imperii quietos
Numquam caducæ sortis in otio.
Latê venusto rideat ædium
Urbs aucta cultu, civiumque
Eximiis decoretur actis.
Sunt gente in illâ qui studiis viri
Calent equorum, quique opibus gerunt
Cor majus immensis, avaros
Prodigio superante motûs.
Nam sæpe furtim fraude lucri malâ
Parens honoris deseritur Pudor.
Ast navium in cursu ruentum,
Aut equitum peditumve flictu
Olim astitisses si Chromio armiger,
Illo incitanti Numine (4) strenuum

Certare

(1) Periclymenus Neptuni et Chloridis Tiresiæ filiæ filius.

(2) Excusat fugam Amphiarai ob terrorem ab Jove immissum in gratiam Thebanorum, quos propter Herculem et Bacchum suos filios tuebatur.

(3) Meminit belli, quod Hiero et Gelon contra Phœnicee gloriose gesserunt.

(4) Pudore, qui arcet infamiam et incitat ad clera facta.

Ἔκρινας ἂν κίνδυνον ὀ-
ξείας αὐτᾶς.

Δ. ή.

Οὕνεκεν ἐν πολέμῳ κεί-
να Θεὸς ἔντυεν αὐτοῦ
Θυμὸν αἰχματὰν, ἀμύνειν
Λοιγὸν Ἐνυαλίου.
Παῦροι δὲ βουλεῦσαι, φόνου
Παρποδίου νεφέλαν
Τρέψαι ποτὶ δυσμενέων ἀνδρῶν στίχας
Χερσὶ καὶ ψυχᾷ, δυνατοί. λέγεται μὰν
Ἕκτορι μὲν κλέος ἀν-
θῆσαι Σκαμάνδρου χεύμασιν
Ἀγχοῦ. βαθυκρημνοῖσι δ' ἀμ-
φ' ἀκταῖς Ἑλώρου,

Δ. θ'.

Ἔνθ' Ἀρείας πόρον ἄνθρω-
ποι καλέοισι, δέδορκε
Παιδὶ τοῦτ' Ἀγησιδάμου
Φέγγος ἐν ἁλικίᾳ
Πρώτᾳ. τὰ δ' ἄλλαις ἁμέραις
Πολλὰ μὲν ἐν κονίᾳ
Χέρσῳ, τὰ δὲ γείτονι πόντῳ, φάσομαι.

Ἐκ

---

autem si armiger adstitisses in pedestribus pugnis, equorumque naviumque prœliis, cognovisses in discrimine acutæ pugnæ:

[*Duod.* 8., quod in bello illa Dea [Verecundia] incitabat ejus animum bellicosum, ut propulsaret exitium Martis. Pauci vero, ad cædis præsentis nubem manibus animoque in hostium ordines convertendam, consiliis valent. Dicitur sane Hectori quidem decus floruisse Scamandri fluenta prope; alte-præcipites vero circa ripas Helori,

[*Duod.* 9.] quo loco Areæ trajectum homines appellant, fulget filio hoc Agesidami lumen in ætate prima. Alia autem alio tempore, multa quidem in pulverulenta terra, alia vero vicino mari [gesta], commemorabo. Ex laboribus autem, qui in juven-

Certare vidisses pericla
Multiplicis per acuta belli,
Suæque solum avertere patriæ
Martis furorem velle. Sed hostium
In ordines pauci nigrantem et
Sanguineam capiti imminentis
Valent ruinæ consilio et manu
Torquere nubem. Floruit Hectori
Si dia virtus, quâ Scamander
Mysiacos rigat almus agros,
Nunc circum Helôri (1) præcipitantibus
Alto strepentes fluctibus aggeres,
Ubi illa vesano minarum
Vis cecidit labefacta Pœno,
Agesidêmi nil puero minor
Ridente in ævo gloria fulgurat.
Jam posteros belli canorâ
Arte potens referam triumphos,
Quos ille terræ per sola flammeus
Victor, propinquo vel feret in mari.

(1) Helorus Siciliæ fluvius, juxta quem pro patria pugnavit Chromius.

Ἐκ πόνων δ', οἳ σὺν νεότατι γένωνται
Σύν τε δίκᾳ, τελέθει
Πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα.
Ἴστω, λαχὼν πρὸς δαιμόνων
Θαυμαστὸν ὄλβον.

Δ. ί.

Εἰ γὰρ ἅμα κτεάνοις πολ-
λοῖς ἐπίδοξον ἄρηται
Κῦδος, οὐκ ἔτ' ἐστὶ πόρσω
Θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς
Ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν.
Ἡσυχίαν δὲ φιλεῖ
Μὲν συμπόσιον· νεοθαλὴς δ' αὔξεται
Μαλθακᾷ νικαφορία σὺν ἀοιδᾷ.
Θαρσαλέα δὲ παρὰ
Κρητῆρα φωνὰ γίνεται.
Ἐγκιρνάτω τίς μιν, γλυκὺν
Κώμου προφάταν·

Δ. ιά.

Ἀργυρέαισι δὲ νωμά-
τω φιάλαισι βιατὰν
Ἀμπέλου παῖδ'· ἅς ποθ' ἵπποι
Κτησάμεναι Χρομίῳ
Πέμψαν θεμιπλέκτοις ἅμα

Λατοΐδα

---

juventute suscepti fuerint cumque justitia, existit senectuti vita placida. Sciat, sortitum se a Diis admirandam felicitatem.

[*Duod.* 10.] Si enim cum opibus multis gloriosum nactus fuerit [aliquis] decus, non licet ulterius mortali, amplius fastigium aliud attingere pedibus. Tranquillitatem autem amat convivium, recenterque-florens augetur [illustrior redditur] victoria molli cantu. Audax vero apud craterem vox est. Misceat aliquis eum, dulcem hymni vatem,

[*Duod.* 11.] argenteisque distribuat phialis potentem vitis filium, quas quondam quadrigæ partas Chromio miserunt bene-textis cum Latoidæ coronis ex sacra Sicyone.

Juppiter

Justi juventutis labores
Emeritæ placidam senectæ
Parant quietem. Cælituum sciat
Miro beatum se Chromius bono.
Nam, parte cui manant ab omni
Divitiæ solidæque splendor
Famæ renidet, non pedibus datur
Mortali in altum surgere longius.
Sed structa festam mensa poscit
Lætitiam, riguoque florens
Palmæ recentis crescere dignitas
Vult rore cantûs. Vox animosior
Cratêre flammescit. Quid hæres?
Eja, puer, mihi viris acrem
Natum ministrâ dulcem hilaris cito
Prænuntium hymni (1). Funde, age, vividum,
Et lucido argento decôris
Circumage in phialis (2), equarum
Superba virtus quas Chromio tulit
Cum fronde Phœbi, quam niveâ Themis

 Dextrâ

(1) Post victoriam in convivio apponebatur primum lætitiæ crater, deinde carmine celebrabatur Victor.

(2) In ludis Adrastæis argenteæ phialæ cum corona præmium erant.

Λατοΐδα στεφάνοις
Ἐκ τᾶς ἱερᾶς Σικυῶνος. Ζεῦ πάτερ,
Εὔχομαι ταύταν ἀρετὰν κελαδῆσαι
Σὺν Χαρίτεσσιν, ὑπὲρ
Πολλῶν τε τιμαλφεῖν λόγοις
Νίκαν, ἀκοντίζων σκοποῦ
Ἄγχιστα Μοισᾶν.

ΠΙΝΔ.

Juppiter pater, precor, ut hoc victoris decus celebraverim cum Charitibus, supraque multos [alios] honoraverim carminibus victoriam, jaculans proxime ad scopum Musarum!

Dextrâ laboravit, deditque
Sacra suis Sicyon ab (1) oris.
Saturnie, oro, laus resonet mea,
Supraque multos sit Charitum mihi
Favore Victorem canenti
Pieridum (2) petiisse signum.

(1) Sicyon sacra dicitur, quia sitâ erat in colle Cereri sacro.

(2) Direxisse scilicet mea carmina, quasi tela, in signum mihi a Musis propositum, ut Chromium rite laudarem.

NEMEÆÆ DECIMÆ

ARGUMENTUM.

LAudatur hic Thiaus Uliæ filius Argivus, licet in titulo patria desit, quæ satis constat ex hymno. Vicit ille in ludis Hecatombæis Junoni sacris palæstrita strenuus, postquam multis antea paternum maternumque genus illustrarat coronis, unum dolens, quod iis Olympicam nondum adjecerit. Quia vero Victor Argivus erat, celebratur Argos ejus patria illustrium fecunda mater Heroum, qui magnifice a Poeta recensentur, ut ex eorum gloria Thiæi victoria recens, et aliæ ex Pythiis, Nemeæis, Isthmiis et Panathenæis reportatæ ludis novum lumen accipiant. Majores quoque Victoris Thrasyclus et Antias et Pamphaes memorantur, eorumque facta ad augendum magis fortissimi splendorem nepotis, declarandumque Castoris et Pollucis patrocinium erga posteros Pamphais, apud quem hospitati olim fuerant data fide adjuvandi ejus gentis labores et victorias, quas assequi studuissent. Nam victoria Thiæi ejusque majorum præmia non tam virtuti ipsorum, quam divinæ hospitum beneficentiæ accepta referri debent. Abreptus itaque poeta materiæ pulcritudine sibi campum aperit ad narrandam Castoris et Pollucis historiam, quos perpetuo vivere, et alternis in cælo terraque habitare pervagata fama est, ut bello et ludorum certaminibus, et marinæ navigationi præsint. Sunt Ledæ filii ex Tyndaro unus, ex Jove alter prognatus, et mutua inter se amoris caritate conjuncti. Hos Apharei Messeniæ Regis filii Idas et Linceus omnium mortalium perspicacissimus ob raptas sibi sponsas Phœben et Elairam Lucippi filias indignati (ut Scholiastes refert vocabulo βουτὶ pro γυνεξὶ accepto) statuerunt occidere. Occurrerunt igitur furibundi fratres, et Castorem in trunco quercus sedentem interfecerunt. Irruit statim Pollux, eosque usque ad sepulcrum patris persequitur, ubi ipse columnam in se projectam sine damno sustinens Lincei latus acuto ære trans-

transfixit, et Idam Juppiter ignifero percussit fulmine, quo simul ambo combusti sunt. Sic victis hostibus ad fratrem protinus accedit Pollux, et nondum exstinctum, sed frigido anhelitu respirantem videns lacrymas fundit, et ingemiscens alta voce clamat: Saturnie, qua ratione liberari possum gravi luctu, quem excitat fratris mors? Mihi quoque immitte mortem, ut cum hoc defunctus vita jaceam. Perit honor orbato amicis viro, paucique mortalium in ærumnis fideles sunt. Sic locuto se sistit obvius Juppiter, et ait. Tu meus es sanguis, hic autem mortali ex semine Tyndari mortalis genitus est. Verumtamen hanc optionem tibi do, ut eligas utrum velis in cælo mecum cum Pallade et Marte degere immortalis, an æqualiter tuam cum fratre alternis vivens et moriens modo in superis ædibus, modo in terra sortem partiri. His auditis Pollux nihil hæsitans suæ participem felicitatis fecit Castorem restituto per Jovem visu, et soluta exstincti loquela. Ita Pindarus graphice pingit admirabile fraterni amoris exemplum.

NEMEA.

εἶδος ί.

ΘΕΙΑΙΩ ΠΑΙΔΙ ΟΥΛΙΟΥ

παλαιστῇ.

Σ. ά. Κ. ιά.

Δαναοῦ πόλιν, ἀγλαο-
θρόνων τε πεντήκοντα κορᾶν, Χάριτες,
Ἄργος, Ἥρας δῶμα θεοπρεπὲς, ὑ-
μνεῖτε. φλέγεται δ᾽ ἀρεταῖς
Μυρίαις, ἔργων θρασέων ἕνεκεν.
Μακρὰ μὲν τὰ Περσέως ἀμ-
φὶ Μεδοίσας Γοργόνος.
Πολλὰ δ᾽ Αἰγύπτῳ κατῴκισθεν ἄστη
Ταῖς Ἐπάφου παλάμαις.
Οὐ δ᾽ Ὑπερμνήστρα παρεπλάγχθη, μονό-
ψαφον ἐν κολεῷ κατασχοῖσα ξίφος.

Α. ά. Κ. ιά.

Διομήδεα δ᾽ ἄμβροτον
Ξανθά ποτε Γλαυκῶπις ἔθηκε Θεόν.
Γαῖα δ᾽ ἐν Θύβαις ὑπέδεκτο, κεραυ-
νωθεῖσα Διὸς βέλεσιν,

Μάντιν

NEMEA. X.

[*Str.* 1.] Danai urbem, pulcrisque-soliis-insidentium quinquaginta filiarum, o Charites, Argos, Junonis domicilium Dea-dignum, canite. Refulget enim decoribus [victoriis] infinitis facinora propter animosa. Longa [sunt relatu] Persei circa Medusam Gorgonem [facinora]: multa vero in Ægypto condita fuerunt oppida Epaphi manibus. Neque Hypermnestra peccavit, [a recto deflexit] sola in vagina retinens gladium:

[*Ant.* 1.] Diomedem autem, immortalem flava quondam Dea cæsia fecit Deum: Terra vero ad Thebas excepit, percussa Jovis telis, vatem Oecliden, [Amphiaraum] belli

N E M E A.

THIÆO FILIO ULIÆ

PALÆSTRITÆ.

ODE PYTHIO-JAMBICA X.

URbem nunc Danai, decies et quinque sedentum
   Pulcris puellarum thronis,
Argos, Junonis sedem cantate vetustam,
   Deâque (1) dignam, Gratiæ.
Ardet enim decorum fulgoribus infinitis,
   Et facta præpandit nova.
Est longum Persêi facinus narrare ruentis
   Contra Medusam Gorgonem;
Multa Epaphi (2) manibus visuntur condita passim
   Ægypti in oris oppida,
Nec peccavit Hypermnestrê (3), quod sola cruentum
   Nudare vaginâ horruit
Sponso fida ensem. Diomeden flava capillos,
   Glaucôque Diva (4) lumine
Leti exsors Numen fecit. Flammante Tonantis
   Percussa tellus dexterâ

(1) Junone, quæ Argos regina possidet.
(2) Epaphus Ægypti Rex Iûs Inachi filiæ et Jovis filius a matre Argivus erat.
(3) Hypermnestra una ex quinquaginta puellis Danai Ægypti Regis, quæ sola clemens in nuptias non peccavit Lynceum servans maritum et sororum perhorrescens impium scelus.
(4) Minerva, cum Tydeum immortalem facere non posset, quod carnes Menalippi devorarat, Diomeden Tydei filium Deum fecit.

Μάντιν Οἰκλείδαν, πολέμοιο νέφος.
Καὶ γυναιξὶν καλλικόμοι-
  σιν ἀριστεύει. πάλαι
Ζεὺς ἐπ᾽ Ἀλκμάναν Δανάαν τε μολὼν τοῦ-
  τον κατέφανε λόγον.
Πατρὶ τ᾽ Ἀδράστοιο Λυγκεῖ τε φρενῶν
Καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δίκᾳ.

Ε. α΄. Κ. ιβ΄.

Θρέψε δ᾽ αἰχμὰν Ἀμφιτρύ-
  ωνος. ὁ δ᾽ ὄλβῳ φέρτατος
Ἵκετ᾽ ἐς κείνου γενεάν.
Ἐπεὶ καὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις
Τηλεβόας ἔναρεν, οἱ
Ὄψιν ἐειδόμενος
Ἀθανάτων βασιλεὺς αὐλὰν ἐσῆλθεν,
Σπέρμ᾽ ἀδείμαντον φέρων
Ἡρακλέος· οὗ κατ᾽ Ὄλυμπον
Ἄλοχος Ἥβα Τελείᾳ
Παρὰ ματέρι βαίνοι-
  σ᾽ ἔστι, καλλίστα Θεῶν.

Σ. β΄. Κ. ια΄.

Βραχύ μοι στόμα πάντ᾽ ἀνα-
  γήσασθ᾽, ὅσων Ἀργεῖον ἔχει τέμενος
Μοῖραν ἐσλῶν. ἔστι δὲ καὶ κόρος ἀν-

θρώπων

---

belli nubem. Etiam feminis pulcricomis excellit [Argos]. Juppiter olim dum ad Alcmenam Danaemque venit, hanc confirmavit famam; patrique [idem] Adrasti Lynceoque mentis fructum [sapientiam] largitus est recta cum justitia,

[*Epod.* 1.] fovitque virtutem Amphitruonis; ipse vero, beatissimus, [Juppiter,] venit in illius affinitatem. Dum enim [ille, Amphitruo] æreis armis Teleboas cædebat, ei facie assimilatus Immortalium rex aulam intravit semen intrepidum afferens Herculis: cujus in cælo uxor Hebe pronubam apud matrem [Junonem] incedit pulcherrima Dearum.

[*Str.* 2.] Arctum mihi os est ad omnia recensenda, quotcumque Argiva terra sortita

Œclîden (1), belli nimbum, prope mœnia vatem
    Thebana suscepit sinu.
Auricomis etiam, roseoque nitentibus ore
    Superbit Argos feminis,
Urbs una ante alias. Illustrem Juppiter olim
    Firmavit ipse gloriam,
Alcmênæ in thalamum, et Danaes cum vênit amator.
    Hic patri Adrasti et Lynceo
Maturum mentis fructum donavit, et æqui
    Justique præcepit vias.
Hic hastæ indomitos dedit ausûs Amphitryoni,
    Licetque felicissimus,
Illius in stirpem vênit. Quando ille latrones
    Metebat ultor æreis
Têleboas (2) armis, simulans ducis os habitumque
    Supremus Immortalium
Rex aulam intravit semen formidinis expers
    Secum reportans Herculis,
Cujus nunc Hêbê conjux in vertice Olympi
    Ad pronubæ (3) matris latus
Cælestûm trahit ore oculos, interque venustas
    Pulcherrima incedit Deas.
Os arctum nimis, atque impar mihi cuncta volenti,
    Queis terra fulget Argolis,
Virtutum merita amplecti, resque insuper aspra est
    Surgentis urgeri invido

 Fastidî

(1) Amphiaraum in prælio nimbo similem.
(2) Populos Ætoliæ latrocinio famosos.
(3) Junoni Teliæ a Temeno Pelasgi filio dedicatum templum fuit in monte Cuculo, quod ibi a Jove verso in cuculum compressa erat, quodque nuptiarum perfectioni præsit.

θρώπων βαρὺς ἀντιάσαι.
Α'λλ' ὅμως εὔχορδον ἔγειρε λύραν,
Καὶ παλαισμάτων λάβε φρον-
τίδ'. ἀγὼν τοι χάλκεος
Δᾶμον ὀτρύνει ποτὶ θυσίαν Η'-
ρας ἀέθλων τε κρίσιν·
Οὐλία παῖς ἔνθα νικάσαις δὶς ἔ-
σχεν Θειαῖος εὐφόρων λάθαν πόνων.

A. β'. K. ια'

Ε'κράτησε δὲ καί ποθ' Ε'λ-
λανα στρατὸν Πυθῶνι, τύχᾳ τε μολὼν
Καὶ τὸν Ι'σθμοῖ καὶ Νεμέᾳ στέφανον
Μοίσαισί τ' ἔδωκ' ἀρόσαι.
Τρὶς μὲν ἐν πόντοιο πύλαισι λαχὼν,
Τρὶς δὲ καὶ σεμνοῖς δαπέδοις
Ε'ν Α'δραστείῳ νόμῳ.
Ζεῦ πάτερ, τῶν μὰν ἔραται φρενὶ, σιγᾷ
Οἱ στόμα. πᾶν δὲ τέλος
Ε'ν τὶν ἔργων. οὐδ' ἀμόχθῳ καρδίᾳ,
Προσφέρων τόλμαν, παραιτεῖται χάριν.

E. β'. K. ιβ'.

Γνώτ' ἀείδω Θεῷ τε

Χ' ὢς

---

tita est decora. Est vero etiam, fastidio hominum occurrere, difficile. Sed tamen chordis-bene-sonoram excita lyram, et luctarum suscipe curam. Certamen utique aeneum excitat populum ad sacrificium Junonis praemiorumque judicium, Uliae filius ubi victor bis, Thiaeus, facilium cepit oblivionem laborum.

[*Ant.* 2.] Obtinuit vero etiam in Graecorum conventu Delphis, bonaque fortuna cum advenisset, et in Isthmo et Nemeae coronam, Musisque negotium praebuit arandi; ter quidem in maris portis [Isthmo] victor, ter vero etiam sacris in campis Adrasteae ditionis. Juppiter pater, quae utique desiderat animo, reticet ejus os. Omnis vero eventus penes te est eorum, quae aguntur. Neque [ille] segni corde, [immo vero] afferens audaciam, expetit beneficium.

[*Epod.* 2.] Nota cano Deoque ipsi, et, quisquis certat de supremorum praemiorum fasti-

Fastidî occursu. Mutatas ergo sonoræ,
Mens, excitâ lyræ fides,
Et luctis impende operam. Junonia (1) sacra,
Et præmiorum nuntiat
Judicium populo clypei certamen aheni,
In quo Thiæus, Uliæ
Immortale genus, duplicem cum ferret honorem,
Victoriam ob ciram levis
Exultans cepit jucunda oblivia curæ.
Ille ipse felix advena
Concilio Grajûm in magno sibi Pythia serta,
Nemeæque et Isthmi strenuæ
Induxit fronti, et plenum virtutibus æquor
Musis arandum tradidit
Ter ponti in portis victor, ter victor Adrasti
Sancto coronatus solo.
Ast aliud quiddam majus te, Juppiter, orat,
Quod corde anhelat anxio,
Et linguâ reticet. Nam re videt omnium ab uno
Pendêre factorum exitum.
Nec munus sibi poscit iners, metuensque pericli,
Pati sed audax omnia.
Nota (2) Deoque illique cano, qui (3) principis ardet

Referre

(1) Hecatombæ, in quibus æreus clypeus victori dabatur.
(2) Quamquam tacebat, quod mente volvebat Thiæus, id tamen Deo notum esse declarat poeta.
(3) Thiæus nempe, qui Olympica etiam victoria coronari cupiebat.

Χ' ὥς τις ἁμιλλᾶται περὶ
Ἐσχάτων ἀέθλων κορυφαῖς.
Ὕπατον δ' ἔσχεν Πίσα
Ἡρακλέος τεθμόν. ἁδεῖ-
  αί γε μὲν ἀμβολάδαν
Ἐν τελεταῖς δὶς Ἀθαναίων μιν ὀμφαὶ
Κώμασαν. γαίᾳ δὲ καυ-
  θείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας
Ἔμολεν Ἥρας τὸν εὐά-
  νορα λαὸν, ἐν ἀγγέων
Ἕρκεσιν παμποικίλοις.

Σ. γ'. Κ. ιά.

Ἕπεται δὲ, Θειαῖε, μα-
  τρώων πολύγνωτον γένος ὑμετέρων
Εὐάγων τιμὰ Χαρίτεσσί τε καὶ
Τυνδαρίδαισι θαμάκις.
Ἀξιωθείην κεν, ἐὼν Θρασύκλου
Ἀντία τε ξύγγονος, Ἄρ-
  γεϊ μὴ κρύπτειν φάος
Ὀμμάτων. νικαφορίαις γὰρ ὅσαις ἱπ-
  ποτρόφον ἄστυ τὸ Προί-
  τοιο θάλησεν. Κορίνθου τ' ἐν μυχοῖς,
Καὶ Κλεωναίων πρὸς ἀνδρῶν τετράκις.

A. γ'.

---

fastigiis. Summum vero Pisa tenet certamen ab Hercule institutum. Sane suaves quidem per intervalla in sacris bis Atheniensium [Panathenaicis] ipsum voces decantarunt, [in] terraque igni cocta [hydria figlina] fructus oleæ [oleum sacrum pro præmio datum] reportatus est ad Junonis fortem populum [Argos] in vasorum receptaculis [theca ænea] variegatis.

[*Str.* 3.] Contingit vero, o Thiæe, majorum maternorum [per] illustrem gentem vestrorum, victoriarum gloria Charitum Tyndaridarumque beneficio frequens. Vellem equidem, si essem Thrasycli Antiæque cognatus, Argis non occultare lumen oculorum. Victoriis enim quot equorum-altrix urbs Prœti floruit! Corinthique in recessibus et a Cleonæis [Nemeæ] quater;

Referre ludi præmium.
Herculis umbriferam nam Pisa ostentat arenam,
Ritûsque supremi jubar.
Illum Cecropidûm non uno tempore festi
Canore bis dulcissimo
Laudavere chori, cretæque in vase per ignes
Ab arte cocto, et dædalis
Incluso thecis pretiosi nectar olivi,
Donum Minervæ, judices
Victori dederunt, Junonis ut acribus illud
Ferret triumphans gentibus.
Fulgidus astat honor tibi, clara Thiæe propago,
Quem matris antiquâ tuæ
E stirpe Heroes Charitum, geminûmque favore
Tulêre (1) fratrum sæpius
Experti in ludis. Quam celso incedere vellem
Spectandus Argis vertice,
Si fortunatus flueret per membra Thrasycli,
Et Antiæ sanguis mea!
Nam quot equum nutrix risit redimita per illos
Victoriarum floribus
Urbs (2) Prœti: Quater illi Ephyræ, juxtâque (3) Cleônas
Vicere, et argenti graves

Munere

(1) Castoris et Pollucis beneficio victores sæpe e ludis discessere cum summa gloria.

(2) Prœtus Abantis filius ei successit in regno Argivo.

(3) In Nemea Cleonarum vicina.

A. γ'. K. ια'.

Σικυωνόθε δ' ἀργυρω-
θέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν.
Ἐκ δὲ Πελλάνας, ἐπιεσσάμενοι
Νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις.
Ἀλλὰ χαλκὸν μυρίον οὐ δυνατὸν
Ἐξελέγχειν· μακροτέρας
Γὰρ ἀριθμῆσαι σχολᾶς·
Ὅν τε Κλείτωρ καὶ Τεγέα καὶ Ἀχαιῶν
Ὑψίβατοι πόλιες
Καὶ Λύκαιον πὰρ Διὸς θῆκεν, δρόμῳ
Σὺν ποδῶν χειρῶν τε νικᾶσαι σθένει.

E. γ'. K. ιβ'.

Κάστορος δ' ἐλθόντος ἐπὶ
Ξενίαν παρὰ Παμφάη,
Καὶ κασιγνήτου Πολυδεύ-
κεος, οὐ θαῦμα, σφίσιν
Ἐγγενὲς, ἔμμεν ἀεθλη-
ταῖς ἀγαθοῖσιν· ἐπεὶ
Εὐρυχώρου ταμίαι Σπάρτας, ἀγώνων
Μοῖραν, Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡ-
ρακλεῖ, διέποντι θάλειαν·
Μάλα μὲν ἀνδρῶν δικαίων

Περικα-

[*Ant.* 3.] e Sicyone vero argento-donati cum vinariis phialis ingressi sunt [Argos], eque Pellene, induti tergo mollibus tramis. [læna.] At æs infinitum [præmia ex ære] non possum recensere: longioris enim otii esset, enumerare: quod quidem Clitorium et Tegea et Achivorum excelsæ urbes et Lycæum juxta Jovis [aram] posuit, ubi cursu pedum manuumque vicisset [quis] robore.

[*Epod.* 3.] Quum Castor autem venerit hospes ad Pamphaen, et frater Pollux; non mirum est illis [illi stirpi Thiæi] ingenitum esse, ut sint athletæ boni: siquidem spatiosæ præsides Spartæ [Dioscuri] certaminum sortem cum Mercurio et Hercule gubernant florentem; valde quidem virorum bonorum curam gerentes; et sane sunt Deorum genus fidem servans.

Munere cum phialis sacrâ Sicyonis ab orâ,
Et frigidæ recessibus
Pellênes (1) venêre humeris præsigne ferentes
E textili lanâ decus.
Ærea dona (2) silens mitto, quia copia majus
Immensa poscit otium.
Quis numeret, quot Clitorii. (3), Tegeæque (4) palestræ,
Urbesque Achivûm principes,
Et Jovis ante aram certamina magna (5) Lycæi
Dedêre cum plausu viris
Robusti pretium nisûs, cursûsque volucri
Æquantis Euros impete?
Nil miror, quando fertur cum Castore Pollux
In hospitalem (6) Pamphais
Advenisse domum, generosa in gente Thiæi
Victricis innatam indolem
Fulgere virtutis. Spatiosæ scilicet illi
Spartæ patroni floridam
Ludorum Majæ cum nato, atque Hercule pompam
Nutu arbitri regunt suo,
Et vigili justis curâ mortalibus adsunt,

(1) Pellene urbs Achajæ.
(2) Lebetes et scuta ex ære.
(3) Arcadiæ oppidum a Clitore Azanis filio dictum.
(4) Tegea urbs pariter Arcadum.
(5) Lycæus mons Arcadiæ, in quo prope aram Jovis celebrabantur certamina.
(6) Unus ex maternis Thiæi majoribus erat Pamphaes, apud quem hospitati olim fuerant Tyndaridæ.

Περικαδόμενοι. καὶ
Μὰν Θεῶν πιστὸν γένος.

Σ. δ'. Κ. ιά.

Μεταμειβόμενοι δ' ἐναλ-
λὰξ, ἁμέραν τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ
Διῒ νέμονται, τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαί-
ας, ἐν γυάλοισι Θεράπνας,
Πότμον ἀμπιπλάντες ὁμοῖον. ἐπεὶ
Τοῦτον, ἢ πάμπαν Θεὸς ἔμ-
μεναι οἰκεῖν τ' οὐρανῷ,
Εἵλετ' αἰῶνα φθιμένου Πολυδεύκης
Κάστορος ἐν πολέμῳ.
Τὸν γὰρ Ἴδας, ἀμφὶ βουσίν πως χολω-
θεὶς, ἔτρωσεν χαλκέας λόγχας αἰχμᾷ·

Α. δ'. Κ. ιά.

Ἀπὸ Ταϋγέτου πεδαυ-
γάζων ἴδεν Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει
Ἡμένως. κείνου γὰρ ἐπιχθονίων
Πάντων γένετ' ὀξύτατον
Ὄμμα. λαιψηροῖς δὲ πόδεσσιν ἄφαρ
Ἐξικέσθαν, καὶ μέγα ἔρ-
γον ἐμνήσαντ' ὠκέως,
Καὶ πάθον δεινὸν παλάμαις Ἀφαρητί-
δαι Διός. αὐτίκα γὰρ

Ἦλθε

[*Str.* 4.] Alternantes enim per vices, diem unum apud patrem carum Jovem degunt, alterum vero sub latebris terræ, in convallibus Therapnæ, sorte utentes simili. Siquidem hanc, quam omnino Deus esse habitareque in cælo, elegit vitam interfecto Pollux Castore in bello. Hunc enim Idas propter boves admodum iratus vulneravit æreæ hastæ cuspide.

[*Ant.* 4.] [Namque] a Taygeto e-longinquo-conspicatus vidit Lynceus [Idæ frater] quercus in trunco sedentem. [Castorem.] Illius enim hominum omnium fuit acutissimus visus. Velocibus autem pedibus statim accesserunt et atrox facinus patrarunt celeriter, passi vero etiam sunt grave malum manu Jovis, Aphāretidæ [Idas et Lyn-

Fidele Divorum genus.
Solibus alternis modo cari in luce (1) Parentis
Cælo renîdent vividi,
Terräi furvâ modo mersi nocte, cavisque
Degunt Therapnes (2) vallibus
Munere dividuo sortis. Nam, Castore cæso,
Cum posset omnino Deus
In superâ Pollux stare aulâ, et pascier usque
Almis beatorum bonis,
Hanc Sortem optavit, fratri quâ vita rediret,
Cui virginum raptu furens
Hastæ Idas (3) rigidâ laceratat cuspide pectus.
Cavo sedebat ilicis
In trunco miser. Hunc Lynceus, qui lumina acuto
Vincebat obtutu omnium,
Taygêti e summo speculatus vertice vidit,
Statimque veloci pede
Accurrêre uno fratres simul impete, et atrox
Patrare sunt ausi nefas.
At grave et ipsa malum passa est Apharêïa proles
Jovis per ultricem manum.

Nam

(1) Jovis.
(2) Oppidi Laconiæ, quod hic et alibi a me, ut a Pindaro, *Therapne* dicitur.
(3) Idas et Lynceus Apharei filii ob raptas sibi a Tyndaridis sponsas occiderant Castorem.

Ἦλθε Λήδας παῖς διώκων. τοὶ δ' ἐναν-
τα στάθεν τύμβῳ σχεδὸν πατρῴῳ.

Ε. δ'. Κ. ιβ'.

Ἔνθεν ἀρπάξαντες ἄ-
γαλμ' Ἀΐδα, ξεστὸν πέτρον,
Ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδεύ-
κεος· ἀλλ' οὔ νιν φλάσσαν,
Οὐδ' ἀνέχασσαν. ἐφορμα-
θεὶς δ' ἄρ, ἄκοντι θοῷ
Ἤλασε Λυγκέος ἐν πλευραῖσι χαλκόν.
Ζεὺς δ' ἐπ' Ἴδᾳ πυρφόρον
Πλᾶξε ψολόεντα κεραυνόν·
Ἁμᾶ δὲ καίοντ' ἔρημοι.
Χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώ-
ποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων.

Σ. ε'. Κ. ια'.

Ταχέως δ' ἐπ' ἀδελφεοῦ
Βίαν πάλιν χώρησεν ὁ Τυνδαρίδας,
Καί μιν οὔπω τεθναότ', ἄσθματι δὲ
Φρίσσοντ' ἀναπνοὰς κίχεν.
Θερμὰ δὲ τέγγων δάκρυα στοναχαῖς
Ὄρθιον φώνασε· πάτερ
Κρονίων, τίς δὴ λύσις

Ἔσσεται

Lynceus]. Illico enim advenit Ledæ filius [Pollux] insequens. Illi vero contra steterunt, sepulcrum prope paternum;

[*Epod.* 4.] unde correptam statuam Plutonis, politum saxum, projecerunt in pectus Pollucis; nec tamen eum attriverunt neque represserunt: sed irruens [ille] jaculo veloci adegit Lyncei in latera æs. Juppiter vero in Idam igniferum contorsit fuliginosum fulmen. Uterque vero [Lynceus et Idas] simul combusti sunt, auxilio destituti. Exitiale enim est hominibus, contentionem suscipere cum potentioribus.

[*Str.* 5.] Statim vero ad fratris robur [fratrem fortem, Castorem, lancea percussum] rediit Tyndarides [alter, Pollux] et eum nondum mortuum, sed anhelitu interclusum habentem spiritum invenit. Calidas autem fundens lacrimas inter suspiria altum

Nam Ledæ puer alter adest festinus, et hostes
Instat fugaces persequi.
Stant illi ad tumulum patris, validisque columnam
Lævi nitentem marmore
Corripiunt manibus Plutoni (1) munus, et illam
Pollucis in sinum vibrant.
Nil læsus motusve loco subit acrior heros,
Et ima acutum in ilia
Lyncêi demittit ferrum. Tum fulminis atram
Ardens in Idam Juppiter
Contorquet flammam, et sceleris desertus uterque
Ustusque dat pœnas sui.
Usque adeo imparibus durum est contendere velle
Contra potentes viribus.
Nec mora: Tyndarides fraterno incensus amore
Ad Castorem redit suum.
Invenit extincto similem, extremumque trahentem
E corde anhelo spiritum.
Ingemit, et lacrimas inter suspiria fundens
Inclamat altum: luctui
Quæ tanto, quæ finis erit, Saturnie? Morti

Me

(1) Non statuam Plutoni erectam, quia illa ætate nullæ erant statuæ, sed imaginem Plutonis patris Apharei tumulo in columna sculptam corripuerunt, et in Pollucem furibundi conjecerunt, sed frustra. Nam unus fratrum a Polluce transfossus statim interiit, alter a Jove combustus est.

Ἔσσεται πενθέων; καὶ μοι θάνατον σὺν
Τῷδ' ἐπίτειλον, ἄναξ.
Οἴχεται τιμὰ φίλων τατωμένῳ
Φωτί. παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν,

A. ί. K. ιά.

Καμάτου μεταλαμβάνειν.
Ὣς ἔννεπε· Ζεὺς δ' ἀντίος ἤλυθέ οἱ,
Καὶ τόδ' ἐξαύδασ' ἔπος· ἐσσί μοι υἱ-
ός. τόνδε δ' ἔπειτα πόσις
Σπέρμα θνατὸν, ματρὶ τεᾷ πελάσαις,
Ἔσταξ' ἥρως. ἀλλ' ἄγε τῶν-
δέ τοι ἔμπαν αἵρεσιν
Παρδίδωμ'· εἰ μὲν, θάνατόν τε φυγὼν καὶ
Γῆρας ἀπεχθόμενον
Αὐτὸς Οὔλυμπον ἐθέλεις,
Σύν τ' Ἀθαναίᾳ κελαινεγχεῖ τ' Ἄρει·

E. ί. K. ιβ'.

Ἔστι σοι μὲν τούτων λάχος.
Εἰ δὲ κασιγνήτου πέρι
Μάρνασαι, πάντων δὲ νοεῖς
Ἀποδάσσασθαι ἴσον,
Ἥμισυ μέν κε πνέοις γαί-

ας ὑπέ-

altum clamavit: Pater Saturnie, quis tandem finis erit luctuum? etiam mihi mortem cum hocce immitte, o Deus! Perit honor, amicis orbato, viro; paucique in ærumna ita fidi mortalium,

[*Ant.* 5.] ut in calamitatis societatem venire non recusent. Sic dixit. Juppiter vero occurrit ei, et hocce effatus est oraculum: Tu es meus filius: hunc vero [Castorem] postea maritus, [Tyndareus,] semen mortale, cum matre tua congressus, stillavit [genuit] heros. Sed age, honorum tibi tamen optionem trado. Si quidem mortemque effugiens et senectutem odiosam, ipse Olympo vis habitare mecum cumque Minerva et atram-gerente-hastam Marte;

[*Epod.* 5.] est tibi sane horum sors. Si vero pro fratre contendere omniumque in animo habes dividere [cum eo] æqualem portionem; [tum] quidem dimidium spires

sub

Me trade me simul, Pater.
Omne decus perdit, dulcem qui perdit amicum,
Paucique mortales fidem
In duris servant rebus, sociique laborum
Unâ asperum ferunt onus.
Hæc Pollux: olli tum Juppiter obvius adstat,
Talesque dat clemens sonos.
Tu meus es sanguis: morrali at semine post me
E matre mortalem tuâ
Hunc genuit conjux (1): Age dum: tibi facta potestas,
Ut eligas utrum velis.
Si tibi stat morrem fugere invisamque senectam,
Mecumque junctum (2) Palladi,
Gradivoque nigram gestanti insigniter hastam
In arce Olympi degere,
Sors horum tibi certa aderit; sin vertere fata
Pro fratre contendis tuo,
Et bona vis olli tecum communia largo
Partiri amoris munere,

Sub

(1) Tyndarus mortalis mortalem genuit filium.
(2) Palladem et Martem hic nominat Pindarus, quod Pollux bellicosus heros bellicosa semper amarit Numina.

ας ὑπένερθεν ἐὼν,
Ἥμισυ δ' οὐρανοῦ ἐν χρυσέοις δόμοισιν.
Ὧς ἄρ' αὐδάσαντος, οὐ
Γνώμᾳ διπλόαν θέτο βουλάν.
Ἀνὰ δ' ἔλυσεν μὲν ὀφθαλ-
μὸν, ἔπειτα δὲ φωνὰν
Χαλκομίτρα Κάστορος.

ΠΙΝΔ.

---

sub terra vivens, dimidium vero cæli in aureis domibus. Sic utique locuto [Jove,] animus [Pollucis] non ambiguum versavit consilium. Denuo igitur solvit oculum, deinde et vocem, ære-galeati Castoris.

Sub terrâ partem vitæ, partemque Deorum
    In aureâ duces domo.
Sic Deus: at Pollux nil anceps mente præoptat,
    Quod optimum fratrem decet,
Extinctosque oculos galeâ radiante corusco,
    Linguamque solvit (1) Castori.

(1) Impetrato a Jove auxilio, quo vita fratri restitueretur.

NEMEÆÆ UNDECIMÆ

ARGUMENTUM.

Rogat Pindarus Vestam, cui focus in curia publica sempiternum servabat ignem, et libationes ac victimæ primæ Dearum a Tenedi Prytanibus offerebantur, ut Aristagoræ Tenedio præsidi in Lesbo, ejusque collegis magistratus suscepti administrationem annuam fortunare velit. Est enim ille non tam pietate, justitia, musica et hospitalitate, quam athletica virtute clarus. Hinc Arcesilæ patris Poeta prædicat felicitatem, eique maxime gratulatur, quod filium forma corporis præstantem et innata præditum fortitudine sortitus sit, eumque ipsum in mediis opibus et alta gloria certaminum caducæ semper memorem conditionis. Quare illum non sermonibus honorificis solum, sed etiam poetarum cantibus celebrandum esse ait a bonis civibus propter sexdecim victorias, quas ex certaminibus vicinarum urbium lucta et pancratio fortiter reportavit, in Olympiis etiam et Pythiis ludis futurus Victor, nisi parentes nimium timidi ab iis strenuum juvenem avertissent. Ita fit, ut alii audacia supra vires elata, timiditate alii nimia præclaris excidant factis. Conjicere tamen Aristagoræ parentes poterant eum, qui paternum genus a Lacone Pisandro et maternum a Menalippo Thebano duxisset, nequaquam fore degenerem. Antiquæ enim virtutes vicissitudinem aliquando expertæ suum robur recuperant, arvis similes, qui non semper fruges edere solent, vel arboribus, quæ odoratum florem non omnibus annorum recursibus pari copia, sed per vices ferunt. Ita mortale genus divina dirigit Providentia certi occulens eventus signum, nosque sinit molientes vana superbe incedere, et impudenti spe abreptos aberrare a via veri. Nihil igitur restat aliud, nisi ut ea sectemur, quæ moderata sunt. Appetere enim, quæ quis assequi non possit,

possit, singularis insania est. His sententiis tacite Aristagoram monet, ne in gerendo magistratu rebus fidat incertis, ne arrogantiam sumat, ne lucrum petat immodicum, ne humana prudentia ea sibi parare posse putet, quæ sunt omnibus inaccessa, et in thesauro temporis abscondunt.

εἶδος ιά.

ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ᾽ ΠΡΥΤΑΝΕΙ

ΤΕΝΕΔΙΩ ΤΙΩ

ΑΡΚΕΣΙΛΑ

Σ. ά. Κ. ϛ'.

Παῖ Ῥέας, ἅ τε Πρυτανεῖα λέλογχας, Ἑστία,
Ζηνὸς ὑψίστου κασιγνήτα καὶ ὁμοθρόνου Ἥρας,
Εὖ μὲν Ἀρισταγόραν δέξαι τεὸν ἐς θάλαμον,
Εὖ δ' ἑταίρους ἀγλαῷ σκάπτῳ πέλας,
Οἵ σε γεραίροντες ὀρ-
θὰν φυλάσσοισιν Τένεδον,

Α. ά. Κ. ϛ'.

Πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρώταν Θεῶν,
Πολλὰ δὲ κνίσσᾳ. λύρα δέ σφιν βρέμεται καὶ ἀοιδά,
Καὶ ξενίου Διὸς ἀσκεῖται θέμις ἀενάοις
Ἐν τραπέζαις. ἀλλὰ σὺν δόξᾳ τέλος

Ε. ά.

NEMEA. XI.

[*Str.* 1.] Filia Rheæ, quæ prytanea tenes, Vesta, Jovis altissimi soror et throni-sociæ Junonis, suscipe propitia Aristagoram tuum in penetrale [curiam], propitiaque collegas insigne prope sceptrum, [signum tuum in curia adstans] qui te colentes justam custodiunt Tenedum,

[*Ant.* 1.] sæpe quidem libationibus venerantes [te] principem Dearum; sæpe vero [sacrificiorum] nidore. Lyra vero ipsis sonat cantusque, et hospitalis Jovis colitur jus perpetuis conviviis. Sed gloriose magistratum duodecim-mensium da illis transigere illæso [tristi casu] animo.

N E M E A.

ARISTAGORÆ PRYTANI

TENEDIO FILIO

A R C E S I L Æ

ODE ARCHILOCHIA XI.

VEsta, Rheæ Soboles, Prytanæi gloria cœtûs,
Cælicolûmque Patris
Supremi, et solio fultæ Junonis eodem
Cum Jove sancta Soror,
In thalamum (1), Regina, tuum placidissima fortem
Excipe Aristagoram,
Et socios (2), hastæ (3) qui te prope fulgur honorant
Justifico (4) Tenedon
Servantes oculo. Tibi primæ sæpe Dearum
Dulcia dona meri
Libant (5), et niveam tibi sæpe calentibus aris
Eliciunt (6) nebulam.
His festi resonant cantûs, fidiumque loquaces
Dat lyra blanda modos:
His et perpetuæ jura hospita sacra (7) Tonanti
Rite fovent epulæ.
Plenum ergo da, Diva, viris insigniter annum
Transigere in placido

Muneris

---

(1) Prytaneum.
(2) Collegas in magistratu, qui Athenis quingenti erant in decem classes divisi.
(3) Quam signum Deæ manu tenebat.
(4) Tenedos insula Lesbi erat.
(5) Quotidie Vestæ a Prytanibus libationes fiebant.
(6) Festis diebus immolabantur victimæ.
(7) In honorem Jovis hospitalis mensæ hospitibus paratæ semper erant.

Δυωδεκάμηνον περά-
σαι, σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ.

E. ά. K. θ'.

Ἄνδρα δ' ἐγὼ μακαρίζω
Μὲν πατέρ' Ἀρκεσίλαν,
Καὶ τὸ θαητὸν δέμας ἀτρεμίαν τε ξύγγονον.
Εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων
Μορφᾷ παραμεύσεται ἄλλων,
Ἔν τ' ἀέθλοισιν ἀρι-
στεύων ἐπέδειξεν βίαν·
Θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη,
Καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος.

Σ. β'. K. ς'.

Ἐν λόγοις δ' ἀστῶν ἀγαθοῖσι μὲν αἰνεῖσθαι χρεὼν,
Καὶ μελιγδούποισι δαιδαλθέντα μελιζέμεν ἀοιδαῖς.
Ἐκ δὲ περικτιόνων ἑκκαίδεκ' Ἀρισταγόραν
Ἀγλααὶ νῖκαι πάτραν τ' εὐώνυμον
Ἐστεφάνωσαν πάλᾳ
Καὶ μεγαυχεῖ παγκρατίῳ.

A. β'. K. ς'.

Ἐλπίδες δ' ὀκνηρότεραι γονέων παιδὸς βίαν
Ἔσχον ἐν Πυθῶνι πειρᾶσθαι καὶ Ὀλυμπίᾳ ἀέθλων.
Ναὶ μὰ γὰρ Ὅρκον, ἐμὰν δόξαν, παρὰ Κασταλίᾳ

Καὶ

[*Epod.* 1.] Patrem autem ego beatum prædico Arcesilam, et corpus [Aristagoræ] admirandum, et fortitudinem ingenitam. Si vero quis opes possidens forma superaverit alios, inque certaminibus victor specimen edidit roboris; is mortalibus meminerit se amictum membris et postremo omnium terram induturum esse.

[*Str.* 2.] Sermonibus autem civium bonis laudare [illum] oportet et mellisonis ornatum celebrare cantibus. E vicinis autem sedecim Aristagoram splendidæ victoriæ patriamque claram coronarunt lucta et valde-glorioso pancratio.

[*Ant.* 2.] Spes tamen segnior parentum filii robur impedivit Pythone periculum facere Olympiæque certaminum. Per enim ipsam jurisjurandi religionem [assevero]:

mea

Muneris officio vigilis sine vulnere curæ,
    Anxiferisque malis.
Quam felix pater Arcesilas, cui maxima formæ
    Gloria, et intrepidæ
Vis innata animæ dant natum fulgere Grajo
    Prodigium populo:
Ast opibus formâque aliis qui præstat, et ausûs
    Fortia facta sui
Ancipiti explicuit princeps in pulvere pugnæ,
    Usque sit ille memor,
Quod membra induto mortalia denique tellus
    Ultima vestis erit.
Hoc et Aristagoras recolit, dignusque honorum
    Ire per ora virûm
Est ideo, et sparsum Musæo nectare stellis
    Inseruisse caput.
Sedecies mirus vicina per oppida Victor
    Ille superbificum
Pancratii luctæque decus tulit arte magistrâ,
    Seque suamque simul
Luce coronavit patriam. Sed lenta (1) parentum
    Spes nimis, et timida
Magnanimum tenuit juvenem, ne grandia ludi
    Prælia Olympiaci,
Et Pythûs audax tentaret adire. Per ipsam
    Ast ego juro fidem
Jurandi sanctam juris: si dulce strepentes
    Ille petîsset aquas

Castaliæ,

(1) Nullam in quatuor sacris certaminibus victoriam retulit Aristagoras, quod a parentibus nimium timidis deterritus non auderet sibi insitam experiri virtutem.

Καὶ παρ' εὐδένδρῳ μολὼν ὄχθῳ Κρόνου,
Κάλλιον ἂν δηριών-
  των ἐνόστησ' ἀντιπάλων,

E. β'. K. ϑ'.

Πενταετηρίδ' ἑορτὰν
Ἡρακλέος τέθμιον
Κωμάσαις, ἀνδησάμενός τε κόμαν ἐν πορφυρέοις
Ἔρνεσιν. ἀλλὰ βροτῶν
Τὸν μὲν κενόφρονες αὖχαι
Ἐξ ἀγαθῶν ἔβαλον·
Τὸν δ' αὖ, καταμεμφθέντ' ἄγαν
Ἰσχὺν, οἰκείων παρέσφαλεν καλῶν,
Χειρὸς ἕλκων ὀπίσσω, θυμὸς ἄτολμος ἐών.

Σ. γ'. K. ς'.

Συμβαλεῖν λίαν εὐμαρὲς ἦν τό, τε Πεισάνδρου πάλαι
Αἷμ' ἀπὸ Σπάρτας· Ἀμύκλαθεν γὰρ ἔβα σὺν Ὀρέστᾳ,
Αἰολέων στρατιὰν χαλκεντέων δεῦρ' ἀνάγων·
Καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰν κεκραμένον
Ἐκ Μελανίπποιο μά-
  τρωος. ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ

A. γ'. K. ς'.

Ἀμφέροντ' ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν σθένος.

Ἐν

---

mea quidem sententia, ad Castaliam et ad arborosum profectus collem Saturni, honorificentius quam pugnantes adversarii rediisset,

[*Epod.* 2.] quinquennale festum ab Hercule institutum celebrans, redimitusque comam purpureis frondibus. Sed mortalium alium quidem vana gloriatio felicitate dejicere solet, alium vero contra, robori nimium diffidentem, propriis privat bonis, manu trahens retro, animus audacia carens.

[*Str.* 3.] Agnoscere admodum facile erat Pisandri priscum sanguinem Spartani: ab Amyclis enim [ille] venerat cum Oreste, Æolum exercitum ære armatorum huc [Tenedum] adducens: et ad Ismeni fluenta admixtum [sanguinem] Menalippi avi materni. Priscæ autem virtutes

[*Ant.* 3.] referunt, [etsi] per [aliquot] hominum generationem vicissitudinem expertæ,

Castaliæ, et collem Saturni divite plantis
Conspicuum nemore,
Certante in patriam rediisset pulcrius (1) omni
Herculei altisono
Præportans decorata hymno quinquennia ritûs,
Purpureisque comam
Præcinctam Cyrrhæ foliis. Est sæpius, ut qui
Omnia magna sibi
Promittit vanus, malesanis excidat ausis;
Quique suas nimium
Diffidens vires vix sentit, et increpat ultro,
Nobile honoris iter
Rumpat, inaudacem dextrâ Formidinis intus
Retro trahente animum.
Antiquo poterant prænosci e sanguine magni
Acta futura viri.
Pisandri (2) est sanguis (namque Æolas ære coruscos
Olim Agamemnonio
Junctus Oreste Lacon tacitis huc duxit Amyclis)
Sanguis et ille tuus,
Inclyte ad Ismênum Menalippe (3), patentis origo,
Quâ pugil ortus ovat.
Virtutes proavum, varias per secla volutæ
Quæ subiêre vices,
Reddunt postgenitis robur. Non semper easdem

 Jugera

(1) Si certamina illa magna adiisset, Olympia et Pythia, reportasset redux in patriam præmia.

(2) A Pisandro Lacone, qui cum Oreste in Lesbum deducta Æolum colonia, paternum genus habet Victor.

(3) Menalippus Thebanus bellator insignis materni generis auctor est Aristagoræ.

Ἐν σχερῷ δ' οὔτ' ὦν μέλαιναι καρπὸν ἔδωκαν ἄρουραι·
Δένδρεά τ' οὐκ ἐθέλει πάσαις ἐτέων περιόδοις
Ἄνθος εὐῶδες φέρειν πλούτῳ ἶσον,
Ἀλλ' ἐν ἀμείβοντι. καὶ
Θνατὸν οὕτω σθένος ἄγει

E. γ'. K. ϑ'.

Μοῖρα. τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώ-
ποις σαφὲς οὐχ ἕπεται
Τέκμαρ. ἀλλ' ἔμπαν μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν,
Ἔργα τε πολλὰ μενοι-
νῶντες. δέδεται γὰρ ἀναιδεῖ
Ἐλπίδι γυῖα· προμα-
θείας δ' ἀπόκεινται ῥοαί.
Κερδέων δὲ χρὴ μέτρον θηρευέμεν.
Ἀπροσίκτων δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι.

---

pertæ, robur. Continue vero neque nigra fruges edere solent arva; arbores nec amant omnibus annorum recursibus florem odoratum ferre copia parem, [pari copia,] sed per vices. Sic et mortale genus ducit

[*Epod.* 3.] Fatum. At a Jove hominibus certum non contingit [de eventu] signum. Et tamen in superbia incedimus resque multas molientes. Illigata enim sunt impudenti spe membra, [homines,] providentiæque longe absunt viæ. Utilitatum autem oportet modum venari [sectari, respicere]; appetere vero, quæ quis assequi non possit, gravis insania est.

Jugera nigra ferunt
Cultori fruges, nec odoræ optata per annos
Ordine perpetuo
Munera dant plantæ; alternas sed promere dispar
Copia gaudet opes.
Humanum simili sic Mens divina tenore
Dirigit ipsa genus,
Certa nec eventûs cæcis mortalibus ulla
Ab Jove signa micant.
Nos tamen audaci cum fastu incedimus, et res
Sollicito tumidi
Molîmur studio multas. Spes quippe ligat nos,
Sistit et illa procax,
Quorum successus arcanâ in nocte reposti
Effugiunt oculos.
Fas ergo lucra venari, quæ temperet æquâ
Optimus arte modus.
Nam mage quo quisquam cupidis petit invia votis,
Hoc magis ille furit.

ΤΑ ΤΟΥ

ΠΙΝΔΑΡΟΥ

ΙΣΘΜΙΑ.

PINDARI

ISTHMIA.

ISTHMIÆ PRIMÆ

ARGUMENTUM.

Herodotus hic, qui curru vicit ad Isthmum, Thebanus est, quamvis Orchomeni Bœotiæ urbe, tanquam in patrio solo, Asopodorus ejus pater habitasse dicatur a Poeta, eo gravissima seditione compulsus. Inde enim ille redintegrata felicitate in patriam rediit. Thebanum igitur Victorem intermisso Deliaco carmine, quod inceperat promissum Ceis in honorem Apollinis, ratus Pindarus officii sui esse tribulem suum patriamque cuivis alii anteponere, magnifice laudat Herodotum cum Castore et Jolao comparans, quia suis manibus, ut illi, currum rexit, eorumque æmulatus virtutes est, quæ pulcra digressione pinguntur, commemoratis præmiis, quibus illi præstantissimi Heroes in variis certaminibus cumulati fuerunt. Ad Victorem inde redit mentione facta Neptuni, Isthmi et Onchesti Bœotiæ urbis Neptuno sacræ et Orchomeni, ubi exulabat Asopodorus, et celebrem fortunam patris filii laudibus inserit, quod e naufragio elapsus didicerit docente ærumna sapientiam. Laudato Asopodoro, magnos sumptus et labores Herodoti prædicat, quibus justum præconium tum a civibus, tum a poetis, qui sapientes dicuntur, præstari debet. Debita enim cuique mortalium sua merces est, quæ ad victum aliis parandum, aliis vero ad gloriam consequendam proponitur. Herodoti itaque nomine Diis et Heroibus, quorum sacris in certaminibus illi parta gloria est, Neptuno scilicet Saturni filio et Isthmiorum præsidi, Herculi Amphitryonis filio et Jolao nepoti, Minyæ regi ob Orchomeni ludos, Cereri, cui sacra erant Eleusinia, Neptuno iterum, cui Geræstia in Euboea, Phylacensi Protesilao, Mercurio denique, qui has et alias favore juvit victorias, gratias agit poeta unum optans, ut luculentis Herodoti victoriis Pythia quoque et Olympica ad augendum ejus et patriæ honorem addatur. Nam dives est Herodotus, et divitiis sapienter utitur, ut celebretur, stultis et avaris relinquens inhonoratum nomen.

ISTHMIA.

εἶδος ά.

ΗΡΟΔΟΤΩι ΘΗΒΑΙΩι

ἅρματι.

Σ. ά. Κ. ζ.

Μᾶτερ ἐμὰ, τὸ τεὸν, χρύσασπι Θήβα,
Πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον
Θήσομαι. μή μοι κραναὰ νεμεσάσαι
Δᾶλος, ἐν ᾇ κέχυμαι. τί φίλτερον
Κεδνῶν τοκέων ἀγαθοῖς;
Εἶξον, ὦ Ἀπολλωνιάς. ἀμφοτέραν τοι χαρίτων
Σὺν Θεοῖς ζεύξω τέλος·

Α. ά. Κ. ζ.

Καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν Φοῖβον χορεύων
Ἐν Κέῳ ἀμφιρύτῳ σὺν ποντίοις
Ἀνδράσιν, καὶ τὰν ἁλιερκέα Ἴσθμοῦ
Δειράδ᾽. ἐπεὶ στεφάνους ἓξ ὤπασε
Κάδμου στρατῷ ἐξ ἀέθλων,

Καλλί-

ISTHMIA. I.

[*Str.* 1.] O mater mea, tuum, aureo-clypeo-insignis Theba, negotium etiam occupatione [mea] potius existimabo. Ne mihi aspera succenseat Delus, in qua effusus [qua celebranda occupatus] sum. Quid carius, quam venerandi parentes [sui,] bonis est? Cede, o Apollinea. [Dele.] Utrumque utique hymnum cum Diis perducam ad finem:

[*Ant.* 1.] et intonsum Phœbum choro celebrans in Co circumflua, cum maritimis viris [insulanis]; et mari-septum Isthmi jugum, Quandoquidem coronas sex præbuit

Cadmi

I S T H M I A.

HERODOTO THEBANO

CURRU.

ODE GLYCONICO-ASCLEPIADEA I.

THebê (1), cara mihi parens,
Quæ scuto radias nobilis aureo,
Vel cœpti gravibus mei
Curis anteferam laudis (2) opus tuæ.
Ne succenseat aspera
Mi Delos (3), memoris quam super incubo
Effusus studio ingenî.
Quid nostro generi, quid pote carius
Sanctis esse parentibus?
Tellus auricomi cedito (4) Apollinis.
Genti, dum Superi juvent,
Justum utrique (5) memor persolüam melos
Intonsum celebrans choro
Phœbum fluctivagis cum pelagi viris
In Coâ, ut decet, (6) insulâ,
Atque Isthmo pariter, qui gemino altius
Collum porrigit e salo,
Cadmeo quoniam bis populo tria

 Misit

(1) Alloquitur poeta Theben nympham Asopi filiam urbi cognominem.

(2) Hymnum scilicet tibi debitum ob victoriam Herodoti.

(3) Delos aspera dicitur propter asperas Cynthi montis rupes.

(4) Deliacum Pæana in honorem Apollinis promiserat poeta Ceis, sed illum inchoatum modo vult abrumpi, et cedere novo carmini, quo Thebanus celebretur Victor, cum patria cuivis alieno solo anteponenda semper sit.

(5) Thebano et Coo populo.

(6) Una ex Cycladibus.

Καλλίνικον πατρίδι κῦδος. ἐν ᾧ καὶ τὸν ἀδεί-
μαντον Ἀλκμήνα τέκε

Ε. α΄. Κ. ια΄.

Παῖδα, θρασεῖαι τόν ποτε Γηρυόνα
Φρίξαν κύνες.
Ἀλλ' ἐγὼ Ἡροδότῳ τεύχων
Τὸ μὲν ἅρματι τεθρίππῳ γέρας,
Ἀνία τ' ἀλλοτρίαις οὐ
Χερσὶ νωμάσαντ', ἐθέλω
Ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολάου ἐναρ-
μόξαι μιν ὕμνῳ.
Κεῖνοι γὰρ ἡρώων διφρη-
λάται Λακεδαίμονι καὶ Θή-
βαις ἐτέκνωθεν κράτιστοι·

Σ. β΄. Κ. ζ΄.

Ἔν τ' ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων
Καὶ τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον
Καὶ λεβήτεσσιν φιάλαισί τε χρυσοῦ,
Γευόμενοι στεφάνων νικαφόρων.
Λάμπει δὲ σαφὴς ἀρετὰ
Ἔν τε γυμνοῖσι σταδίοις σφίσιν, ἔν τ' ἀσπιδοδού-
ποισιν ὁπλίταις δρόμοις.

Α. β΄.

Cadmi populo ex certaminibus, victoriale patriæ decus. In qua et intrepidum Alcmena peperit

[*Epod.* 1.] filium, feroces quem quondam Geryonæ horruerunt canes. At ego Herodoto parans currus quadrijugi præmium, ipsique habenas, non alienis manibus, regenti, velim aut Castoreo aut Jolai inserere ipsum hymno. Illi enim inter heroes aurigæ Lacedæmone et Thebis geniti sunt præstantissimi,

[*Str.* 2.] in ludisque subierunt plurima certamina, et tripodibus ornaverunt domum et lebetibus phialisque aureis, nacti coronas victrices. Fulget vero clara eorum virtus et in gymnicis stadiis, et in scutistrepis armatis cursibus.

Misit dona comantium
    Sertorum, patriæ magnificum illius
Lumen, quâ intrepidum edidit
    Alcmênê puerum, quem ferus horruit
Visum Geryonæ canis.
    At nunc, Herodoto dum meditor recens
Munus texere, quod suâ
    Currûs quadrijugi, non aliâ manu
Lora undantia rexerit,
    Hymnum olli egregio Castoris inclytum
Aptare, aut Jolæ (1) volo.
    Non Thebis alii, non Lacedæmone
Heroes mage callidi
    Sunt orti celeres per fera prœlia
Versare omnimodis equos,
    Nec plura in vario præmia pulvere
Cepêre, et reduces domum
    Fulvi auri phialis atque lebetibus,
Et pompâ tripodum mage
    Ornavere lares dia capacibus
Victricis bona gloriæ
    Gustantes animis. Spargit adhuc suum
Virtus in stadiis jubar,
    Quod nudo explicuit (2) corpore, et ærei
Concurrens clypei sono.

 Qui

(1) Jola pro Jolai ratione metri.

(2) Sine armis, vel scuto armati currebant.

Α. β'. Κ. ζ'.

Οἷά τε χερσὶν, ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς,
Καὶ λιθίνοις ὁπότε δίσκοις ἵεν;
Οὐ γὰρ ἦν πένταθλον ἔτ᾽· ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῳ
Ἔργματι κεῖτο τέλος. τῶν ἀθρόοις
Ἀνδησάμενοι θαμάκις
Ἔρνεσιν χαίτας ῥεέθροισί τε Δίρκας ἔφανεν
Καὶ παρ Εὐρώτα πέλας,

Ε. β'. Κ. ιά.

Ἰφικλέος μὲν παῖς, ὁμόδαμος ἐὼν
Σπαρτῶν γένει,
Τυνδαρίδας δ᾽, ἐν Ἀχαιοῖς ὑ-
ψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος.
Χαίρετ᾽. ἐγὼ δὲ Ποσειδά-
ωνι Ἰσθμῷ τε ζαθέᾳ
Ὀγχηστίαισίν τ᾽ ἀϊόνεσσιν περι-
στέλλων ἀοιδὰν
Γαρύσομαι τοῦδ᾽ ἀνδρὸς ἐν
Τιμαῖσιν ἀγακλέα τὰν Ἀ-
σωποδώρου πατρὸς αἶσαν,

Σ. γ'. Κ. ζ'.

Ὀρχομενοῖό τε πατρῴαν ἄρουραν·
Ἅ νιν ἐρειδόμενον ναυαγίαις
Ἐξ ἀμετρήτας ἁλὸς ἐν κρυοέσσᾳ

Δέξατο

[*Ant.* 4.] Quantumque manibus! [lucta] et jaculantes hastis, et saxeos quando emiserunt discos! Nam nondum erat quinquertium, sed cuilibet certamini suum constitutum erat præmium. Quorum [e quibus certaminibus] multis redimiti frequenter frondibus comas, et prope fluenta Dirces apparuere, et prope Eurotam,

[*Epod.* 2.] Iphiclis quidem filius [Jolaus] popularis satorum [Thebanorum] genti, Tyndarides vero inter Achæos altam Therapnæ inhabitans sedem. Salvete. Ego vero, Neptunoque Isthmoque divinæ Onchestiisque ripis concinnans cantum, celebrabo hujus viri inter honores inclytam Asopodori patria sortem,

[*Str.* 3.] Orchomenique patriam terram: quæ ipsum innixum naufragii-tabulis ex immenso

Qui luctæ vigor! Hastilia qualibus,
Disci et pondera saxei
Vibrarunt manibus! Quinque etenim labor
Nondum tunc erat (1) Artium
Victori positus, sed sua singulis
Merces tradita riserat
Ludis. Hinc agili robore sæpius
Spectandi sibi plurima
Immisere comis munera frondium
Eurotæ umbriferi, et vagam
Dirces propter aquam filius Iphiclis
E gente anguigenûm (2), et soli
Excelsi Therapnes inter Achaios
Cultor Tyndarides (3) viros.
Sed vos armigeræ lumina Græciæ
Heroes mihi vivite
Læti. Nam resonos æquoreo Deo,
Onchestique (4) virentibus
Ripis, atque sacro limen ad Isthmium
Ludo rite patans modos
Claris Herodoti nectere honoribus
Patris percelebrem (5) volo
Sortem, nec fidibus destituam meis
Tellurem Orchomeni hospitam,
Quæ nixum tabulis naufragii fero
Immensi maris e sinu

Excepit

(1) Castoris et Jolai tempore nondum erat institutum Quinquertium ex quinque certaminibus constans, saltu nempe, disco, sagitta, cursu et lucta, quibus singulis suum præmium dabatur.

(2) Thebanorum, quos Cadmus dentium draconis satu creasse fertur.

(3) Castor a Tyndaro natus, qui inter Lacones Achæos olim ab Achæo rege dictos habitabat.

(4) Onchestus Bœotiæ civitas est Neptuno sacra.

(5) Patris Asopodori, qui orta seditione Thebis expulsus fuit, et Orchomeni in Bœotia benigne exceptus, tanquam in patria sua, tranquillus aliquandiu vixit.

Δέξατο συντυχίᾳ. νῦν δ' αὖτις ἀρ-
χαίας ἐπέβασε πότμος
Συγγενὴς εὐαμερίας. ὁ πονήσαις δὲ, νόῳ
Καὶ προμάθειαν φέρει.

Α. γ'. Κ. ζ.

Εἰ δ' ἀρετᾷ κατάκειται πᾶσαν ὀργὰν
Ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις,
Χρή νιν εὑρόντεσσιν ἀγάνορα κόμπον
Μὴ φθονεραῖσι φέρειν γνώμαις. ἐπεὶ
Κοῦφα δόσις ἀνδρὶ σοφῷ
Ἀντὶ μόχθων παντοδαπῶν, ἔπος εἰπόντ' ἀγαθὸν
Ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν.

Ε. γ'. Κ. ιά.

Μισθὸς γὰρ ἄλλοις ἄλλος ἐφ' ἔργμασιν ἀν-
θρώποις γλυκὺς,
Μηλοβότᾳ τ' ἀρότᾳ τ' ὀρνι-
χολόχῳ τε καὶ ὃν πόντος τρέφει.
Γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων
Λιμὸν αἰανῆ τέταται·
Ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλοις ἢ πολεμίζων ἄρη-
ται κῦδος ἁβρὸν,

Εὖ

immenso mari in horrenda excepit calamitate. Nunc vero rursus pristinæ adest fortuna congenita felicitatis. At qui [semel] ærumnas pertulit, is mentis etiam providentiam adfert.

[*Ant.* 3.] Si vero virtus [virtutis præmium] in quovis studiorum genere proposita est, sumptibus pariter atque laboribus oportet eam nactis magnificas laudes non invidis tribuere animis. Nam leve donum est a viro sapiente [poeta] pro laboribus omnigenis, carmine dicendo egregium commune excitare decus.

[*Epod.* 3.] Merces enim aliis alia ob labores hominibus dulcis [contingit] pastorique, aratorique, aucupique et [ei,] quem mare alit. Ventre quidem horum quivis, depellens famem tetram, occupatur. Qui vero in certaminibus, aut [bello] prælians, repor-

Excepit rabidi post hyemem mali.
Felix, cui modo pacifer
Natalis Genii restituit favor
Primos lætitiæ dies.
Casûs passa graves mens sibi provido
Posthac consilio cavet.
Quod si stant studiis proposita omnibus
Justo præmia munere,
Par illi est etiam, quem labor arduus
Impensæque juvant graves,
Livoris vacuo pectore splendidam
Laudis tradere gloriam.
Pensare omnigenas e facili potest
Ærumnas sophus, et sui
Vi mirâ eloquii perpetuum simul
Firmare in populis decus.
Nam merces aliis est alia editi
Facti dulcis. In herbida
Qui prata innocuum ductor agit pecus,
Unco qui sola vomere
Findit, quique vagis insidians struit
Cæcos alitibus dolos,
Et qui fluctisoni dorsa super maris
Nutritur, procul asperam
Ventri arcere famem solliciti omnibus
Instant perpetuo modis.
Verum, qui ancipiti clarisonum petit
E certamine, vel gravi
E bello pretium, summum habet inclytæ

Lucrum

Εὐαγορηθεὶς κέρδος ὕ-
ψιστον δέχεται, πολιατᾶν
Καὶ ξείνων γλώσσας ἄωτον.

Σ. δ'. Κ. ζ'.

Ἄμμι δ' ἔοικε Κρόνου σεισίχθον' υἱὸν
Γείτον' ἀμειβομένοις εὐεργέταν
Ἁρμάτων ἱπποδρόμιον κελαδῆσαι,
Καὶ σέθεν, Ἀμφιτρύων, παῖδας προσει-
πεῖν, τὸν Μινύα τε μυχὸν,
Καὶ τὸ Δάματρος κλυτὸν ἄλσος Ἐλευσῖνα, καὶ Εὔ-
βοιαν, ἐν γναμπτοῖς δρόμοις.

Α. δ'. Κ. ζ'.

Πρωτεσίλα, τὸ τεὸν δ' ἀνδρῶν Ἀχαιῶν
Ἐν Φυλάκᾳ τέμενος συμβάλλομαι.
Πάντα δ' ἐξειπεῖν, ὅσ' ἀγώνιος Ἑρμᾶς
Ἡροδότῳ ἔπορεν ἵπποις, ἀφαι-
ρεῖται βραχὺ μέτρον ἔχων
Ὕμνος. ἦ μὰν πολλάκι καὶ τὸ σεσωπαμένον εὐ-
θυμίαν μείζω φέρει.

Ε. δ'. Κ. ια'.

Εἴη μιν εὐφώνων πτερύγεσσιν ἀερ-
θέντ' ἀγλααῖς

Πιερίδων

---

reportarit decus splendidum; is bene laudatus, lucrum summum accipit, civium et peregrinorum linguæ [laudis] florem.

[*Str.* 4.] At nos decet per vices et Saturni terræ-quassatorem filium vicinum, bene meritum de quadrigis, cursuum equestrium præsidem [Neptunum] gratiis agendis celebrare, et tuos, o Amphitruo, filios compellare Minyæque recessum, [Orchomenum,] et Cereris inclytum lucum Eleusinem, et Eubœam, inflexorum curriculorum [certaminum] caussa.

[*Ant.* 4.] Tuum quoque, o Protesilae, Achivorum juxta Phylacen sacellum addo. Sed omnia eloqui, quæ ludorum-præses Mercurius Herodoto dedit equis, prohibet brevem mensuram habens hymnus. Enimvero sæpe etiam, quod est silentio præteritum, voluptatem majorem affert [audientibus].

[*Epod.* 4.] Contingat ipsi [adhuc hoc, ut] bene-vocalium alis sublatus splendidis Pieri-

Lucrum laudis, amabilem
    A linguâ unanimi civis et hospitis
Florem. Sed modo proximam
    Saturni Sobolem, quæ patulam incitâ
Terram cuspide concutit,
    Ludisque invigilat præses equestribus,
Grato extollere carmine
    Æquum est pro meritis, quod rapidas favens
Victori expediit rotas.
    Compellare tuos fas quoque (1) liberos
Est, alme Amphirruo, mihi,
    Secessum et Myniæ dicere, et aureæ
Augustum Cereris nemus,
    Eubœæque simul multiplicabili
Cursûs ordine nobiles;
    Fas et suaviloquis êdere vocibus
Sacrum, Protesilâ, tibi
    Delubrum ad Phylacen (2), quod posuit memor
Functo Grajugenûm manus.
    At cuncta, Herodoto gaudia quæ tulit
Certantum arbiter alites
    Flammans Mercurius quadrupedum ungulas,
Complecti numero brevi
    Lex hymni prohibet. Sæpe etiam mage
Cauto pressa silentio,
    Et lucem fugiens Laus animos capit.
Ah sublime sonantium
    Musarum niveis vectus in æthera

(1) Herculem et Jolaum nepotem, quos poeta nominat ob certamina illis sacra, in quibus victor fuit Herodotus, ut in aliis, quæ sequuntur.

(2) In Phylace urbe Phthiotidis non procul a Thebis Protesilæa certamina Protesilao occiso, dum e navi in Trojanum litus desiliret, dicata erant erecto ab Achæis delubro, quod primus se pro patria certæ morti ex oraculo devovisset.

Πιερίδων ἔτι καὶ Πυθό-
θεν Ὀλυμπιάδων τ' ἐξαιρέτοις
Ἀλφεοῦ ἔρνεσι φράξαι
Χεῖρα, τιμὰν ἑπταπύλοις
Θήβαισι τεύχοντ'. εἰ δέ τις ἔνδον νέμει
Πλοῦτον κρυφαῖον,
Ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ·
Ψυχὰν Ἀΐδᾳ τελέων οὐ
Φράζεται δόξας ἄνευθεν.

ΠΙΝΔ.

Pieridum porro Pythone etiam Olympiadumque eximiis Alphei frondibus impleat manum, gloriam septiportibus Thebis parans. Si vero quis intus fovet divitias occultas, aliisque insultans ridet; is animam Orco se pendere non cogitat sine gloria.

Pennis ille et Olympiæ
    Et Pythûs pariter dulcibus impleat
Victricem foliis manum
    Thebana irradians mœnia: Qui suas
Arcâ servat in (1) abditâ
    Intus divitias, ridet et insolens
Ardentes sibi gloriam
    Largê propositis quærere sumptibus,
Non Orco videt is suum
    Expertem decoris pendere spiritum.

(1) Herodotum docet fuisse divitem et divitiis semper ita usum, ut rebus præclare gestis claresceret, quod avaris non contingit, qui obscuri in vita manent, et inglorii ad Orcum descendunt.

ISTHMIÆ SECUNDÆ

ARGUMENTUM.

Xenocrates Ænesidemi filius, cui sexta Pythia inscripta est, currû vicit in Isthmiis ludis, et adepta victoria statim mortuus est. Quare Pindarus Thrasybulo ejus filio pulcro adolescenti ad exemplum veterum poetarum, qui formosis pueris sua dicare solebant carmina, hunc hymnum per Nicasippum tabellarium mittit. Celebrat autem Isthmiam primum victoriam, Crisæam deinde, nempe Pythiam, post Atheniensem regente currum Nicomacho, Olympicam demum, ubi Theron et Xenocrates Ænesidemi filii immortales consecuti sunt honores solemnes inter choreas et cantus, quibus regia Thrasybuli domus condecorata fuit. Non ardua et scopulosa via est poetis Musarum dona ferentibus in illustrium virorum ædes, quia carminis argumentum in promptu illis est a recte factis oblatum. Hinc ad mores et studia Xenocratis poeta transit eumque laudat, quod indolis suavitate omnes superet, quod inter cives venerabilis sit, quod equos alat exercendos in ludis, Diis sacra convivia celebret, et perpetuam præbeat hospitibus mensam liberalitatis vela pandens australibus ad Phasim ventis, borealibus ad Nilum, ut Heynius sapienter censet. Quis enim æstate Phasidis aves, hyeme Nili pisces convivis Xenocratem dedisse credat, quemadmodum Ginus interpres Pindari recens ridicule opinatur? Thrasybulum igitur monet, ne malignos et invidos timeat homines, qui laudes eximias premunt et obscurant, sed paternam virtutem audacter in lucem proferat, nec hymnos supprimat, qui eo consilio facti sunt, ut nequaquam maneant immobiles, sed ut in omnes oras Xenocratis nomen ferant. Tabellarium itaque Nicasippum statim ire jubet ad Thrasybulum, et illi gloriosum carmen reddere.

ISTHMIA.

εἶδος ϛ'.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩ·

Σ. ά. Κ. ή.

Οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε,
Φῶτες, ὅσοι χρυσαμπύκων
Ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον
Κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι,
Ῥίμφα παιδείους ἐτόξευ-
ον μελιγάρυας ὕμνους,
Ὅς τις ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας
Εὐθρόνου μνάστειραν ἁδίσταν Ὀπώραν.

Α. ά. Κ. ή.

Ἁ Μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδής
Πω τότ' ἦν, οὐδ' ἐργάτις·
Οὐδ' ἐπέρναντο γλυκεῖαι
Μελίφθογγοι ποτὶ Τερψιχόρας,
Ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα,
Μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.
Νῦν δ' ἐφίητι, τὸ τ' Ὠργείου φυλάξαι
Ῥῆμα, τῆς ἀληθείας ἄγχιστα βαῖνον,

E. ά.

ISTHMIA. II.

[*Str.* 1.] Prisci quidem, o Thrasybule, viri, qui aureis-redimiculis-insignium currum Musarum conscenderunt, inclyta cum cithara accedentes, sæpe in puerorum gratiam emiserunt mellisonos hymnos; si quis formosus nactus fuerat Veneris pulcrithronæ procam, suavissimum florem [pubertatem].

[*Ant.* 2.] Musa enim nondum lucri-cupida tunc erat, neque mercenaria, neque vendebantur dulces [illi] mellisoni a Terpsichore, deargentati fronte mollivoces cantus. Nunc vero expedit Argivi observare dictum, ad veritatem proxime accedens:

I S T H M I A.

XENOCRATI AGRIGENTINO

ODE ALCAICA II.

VIttas gerentum crinibus aureas
Antiqui in altis Pieridum rotis
Occurrere argutâ solebant
Cum cytharâ, Thrasybule, vates,
Statimque amoris (1) mella vibrantibus
Stillare chordis, pulcher ubi puer
Monstrasset autumnale pomum,
Et roseo monuisset ore
Adesse Divam, quæ ciet editâ
E sede blandi vota Cupidinis.
Nam Musa nondum prisco in ævo
Vilis erat studiosa lucri,
Grato nec hymnos blandiloquos sono,
Et voce molles Terpsichorê palam
Vendebat, argenti (2) nitore
Expositos radiante vultûs.
Nunc ipsa Vero finitimum nimis
Dictum Laconîs (3) nil prohibet coli;

Aurum

(1) Amatorios hymnos canere solebant.
(2) Adscripto quasi in fronte pretio.
(3) Aristodemi Spartani, qui Argivus dicitur a poeta, quia tota Peloponnesus olim Argos dicebatur.

Ε. ά. Κ. ζ'.

Χρήματα, χρήματ' ἀνὴρ,
Ὅς φᾶ, κτεάνων θ' ἅμα λειφθεὶς καὶ φίλων.
Ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφὸς, οὐκ ἀγνῶτ' ἀείδω.
Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν,
Τὰν Ξενοκράτει Ποσειδάων ὀπάσαις,
Δωρίων αὐτῷ στεφάνωμα κόμαν
Πέμπεν ἀναδεῖσθαι σελίνων,

Σ. β'. Κ. ή.

Εὐάρματον ἄνδρα γεραίρων,
Ἀκραγαντίνων φάος.
Ἐν Κρίσᾳ δ' εὐρυσθενὴς εἶ-
δ' Ἀπόλλων μιν, πόρε τ' ἀγλαΐαν·
Καὶ τόθι· κλειναῖς δ' Ἐρεχθει-
δᾶν χαρίτεσσιν ἀραρὼς
Ταῖς λιπαραῖς ἐν Ἀθάναις, οὐκ ἐμέμφθη
Ῥυσίδιφρον χεῖρα πλαξίπποιο φωτὸς,

Α. β'. Κ. ή.

Τὰν Νικόμαχος κατὰ καιρὸν
Νῶμ' ἁπάσαις ἀνίαις.
Ὅν τε καὶ κάρυκες ὡρᾶν
Ἀνέγνων, σπονδοφόροι Κρονίδα
Ζηνὸς Ἀλεῖοι, παθόντες

Πού

[*Epod.* 1.] pecunias! pecunias! heus homo! qui dixit: opibus una destitutus et amicis! Sapiens enim tu es, nec ignaro cano. Isthmiam quadrigis victoriam hanc Xenocrati Neptunus largitus, Doricorum ipsi coronam comis misit illigandam apiorum,

[*Str.* 2.] curru-præstantem virum honorans, Agrigentiorum lumen. Prope Crissam vero præpotens respexit Apollo ipsum, præbuitque decus. Et eodem tempore inclytis Erechthidarum decoribus admotus [ornatu] in splendidis Athenis, non conquestus est de currus-gubernatrice manu equorum agitatoris,

[*Ant.* 2.] quam Nicomachus [idem hic equorum agitator] tempestive adhibuit omnibus habenis: quem etiam præcones Horarum [certaminis] pronuntiarunt, sacerdotes

Aurum vir, aurum. Destitutus
Nempe opibus simul atque amicis
Hoc ille fudit. Tu sapiens, mei
Quo forma cantûs pertineat, (1) vides.
Nunc ergo victricis quadrigæ
Isthmiacum celebro triumphum,
Quod Rex aquarum Xenocrati dedit
Dori (2) coronans fronde apii comam
Præstantis Herois, novâque
Luce beans Acragantis astrum.
Hunc Cyrrhæ ad urbem vidit, et inclyto
Decôre fortem vestiit ætheris
Late imperans campis Apollo,
Et prope Erichthonias (3) Athenas
Dulces eodem tempore Gratiæ
Juvêre, lentam ne argueret manum
Currum regentis vividosque
Quadrupedum stimulantis artûs,
Et lora dantis Nicomachi (4) omnia
Apto cupitis impete cursibus;
Hunc ipsum et Elei (5) Tonantis
Sacra cohors, veneranda ludi,
Statæque pompæ nuntia, splendidum
Quæ læta norat protinus hospitem,

(1) Tibi poetarum lectione imbuto notus est Alcæi versus. Ita Heynius interpretatur rejecta eorum sententia, qui poetæ verba ad exactionem mercedis referunt temere sane et injuste.

(2) Dores enim duce Alete Corinthum occuparunt.

(3) Ita dictas ab Erechtheo rege.

(4) Nicomachus auriga Xenocratis fuit.

(5) Elei Jovis Sacerdotes, quos Xenocrates hospitio olim exceperat.

Πού τι φιλόξενον ἔργον·
Ἀδυπνόῳ τέ νιν ἀσπάζοντο φωνᾷ
Χρυσέας ἐν γούνασιν πιτνῶντα Νίκας

Ε. β'. Κ. ζ'.

Γαῖαν ἀνὰ σφετέραν,
Τὰν δὴ καλέοισιν Ὀλυμπίου Διὸς
Ἄλσος· ἵν' ἀθανάτοις Αἰνησιδάμου
Παῖδες ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν.
Καὶ γὰρ οὐκ ἀγνῶτες ὑμὶν ἐντὶ δόμοι
Οὔτε κώμων, ὦ Θρασύβουλ', ἐρατῶν,
Οὔτε μελικόμπων ἀοιδᾶν.

Σ. γ'. Κ. η'.

Οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης
Ἁ κέλευθος γίνεται,
Εἴ τις εὐδόξων ἐς ἀνδρῶν
Ἄγοι τιμὰς Ἑλικωνιάδων.
Μακρὰ δισκήσαις ἀκοντί-
σαιμι τοσοῦθ', ὅσον ὀργὰν
Ξεινοκράτης ὑπὲρ ἀνθρώπων γλυκεῖαν
Ἔσχεν. αἰδοῖος μὲν ἦν ἀστοῖς ὁμιλεῖν,

Α. γ'. Κ. η'.

Ἱπποτροφίας τε νομίζων
Ἐν Πανελλάνων νόμῳ·

Καὶ

---

dotes Saturnii Jovis Elei, facientes quodammodo aliquod hospitale officium, et suave-spirante ipsum salutarunt voce aureæ in sinnm prolapsum Victoriæ

[*Epod.* 2.] terra in ipsorum, quam vocant Olympil Jovis lucum: ubi immortales Ænesidami filii honnres assecuti sunt. Etenim non ignara vestra est domus neque chorearum, o Thrasybule, amabilium, neque mellisonorum cantuum.

[*Str.* 3.] Neque enim scopulus, neque ardua via est, qus quis illustrium ad virorum ædes adducat munera Helicnniadum. Utinam, [etsi] lnnge jacto-disco, jaculer tantum, quantum indnle Xenocrates homines suavi superavit. Verecundus erat inter cives versans,

[*Ant.* 3.] equorumque-alturam curans universæ Græciæ ritu; et ad Deorum epulas stu-

Mel dulce spiranti loquelâ
Auricomæ niveis receptum
Victoriæ ulnis, cum genua inclytus
Augusta Divæ prenderet, in nigro
Jovis salutavit recessu,
Nunquam ubi deciduis per ævum
Ænêsidêmi fulsit honoribus
Invicta proles (1). Non etenim chori
Jucundioris, nec superbi
Vestra domus, Thrasybule, fertur
Ignara cantûs (2); nec scopulis via
Est aspra vati, cum celebres virûm
Illustrium portare gestit
Pegasidum sacra dona in ædes.
O ipse possim missile tam procul
Vibrare disci, quam reliquos retro
Longê süavi comitatis
Indole Xenocrates reliquit!
Suæ verendus luce modestiæ
Cœtûs beabat civium, et igneos
Gaudebat ex ritu Pelasgûm
Cornipedes aluisse ludis,

Ille

(1) Xenocrates et Theron, qui Olympia vicesunt.

(2) Cantus et chori sunt hic victoriarum indices, quas familia Ænesidemi retulit.

Καὶ Θεῶν δαῖτας προσέπτυ-
  κτο πάσας· οὐδέ ποτε ξενίαν
Οὖρος ἐμπνεύσαις ὑπέστει-
  λ' ἱστίον ἀμφὶ τράπεζαν·
Ἀλλ' ἐπέρα ποτὶ μὲν Φᾶσιν θερείαις,
Ἐν δὲ χειμῶνι πλέων Νείλου πρὸς ἀκτάς.

Ε. γ΄. Κ. ζ΄.

Μή νυν, ὅτι φθονεραὶ
Θνατῶν φρένας ἀμφικρέμανται ἐλπίδες,
Μήτ' ἀρετάν ποτε σιγάτω πατρῴαν,
Μηδὲ τούσδ' ὕμνους· ἐπεί τοι
Οὐκ ἐλινύσσοντας αὐτοὺς εἰργασάμην.
Ταῦτα, Νικάσιππ', ἀπόνειμον, ὅταν
Ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς.

studiose accedebat omnes, neque unquam hospitalem procella irruens contraxit velum circa mensam, sed trajecit [ille] ad Phasin quidem æstate, hieme vero navigans Nili ad ripas. [h. patebat quam latissime ejus hospitalitas.]

[*Epod.* 3.] Ne nunc, cum invidi sensus mortalium mentes obsident, neque virtutem unquam sileat [Thrasybulus] paternam, neque hosce hymnos; quandoquidem non, ut otiose, quiescant, eos elaboravi. Hæc, Nicasippe, expone, quando ad hospitem meum familiarem veneris.

Ille et Deorum cultu epulas pio
Adibat omnes, nec sua contrahi
Juxta hospitalem vela mensam
Vortice turbineo sinebat
Nili (1) borêo pulsus ad ostia,
Ad Phasin Austri flamine. Non sui
Ergo parentis, quod malignæ
Spes hominum, invidiæque pendent
Infesta circum pectora, lucidam
Virtutem in umbris filius occulat,
Neu sede torpentes inerti
Stare silens patiatur hymnos,
Quos ipse feci præpete mobiles
Alæ volatu. Curre, age, protinus
Et hospiti velox amico
Redde meum, Nicasippe, carmen.

(1) Liberalitas Xenocratis, quæ latissime patebat, sub imagine navigationis exprimitur, quæ ad extremos terrarum fines, ad Nilum scilicet ac Phasin ferebatur nunquam velis deficiente vento.

ISTHMIÆ TERTIÆ

ARGUMENTUM.

Melissus Thebanus Thelesiadæ filius, qui a Cleonymo paternum genus, a Labdacidis maternum ducebat, quadrigis in Isthmo victoriam retulit, quam Poeta post aliam in Nemea partam nunc celebrat. Ac primo statim Melissi moderationem contemplatus in magna divitiarum copia et victoriarum splendore a fastu et insolentia alienum eum dignum judicat, qui a civibus et a poetis laudetur. Præclara enim facta justo præmio donanda sunt, et hymnis Athleta magnus choreas inter et cantus tollendus in cælum est. Duas siquidem victorias fortiter est adeptus proclamante Thebam præcone, nec ab ingenita majorum virtute degeneravit. Notus satis est Cleonymus curuli certamine consecutus gloriam, et clari sunt Labdacidæ, qui in quadrigas victrices suas opes impenderunt. Horum tamen fortuna per adversas vices immutata fuit, quia res humanæ nunquam suum statum tenent, sed innumeris casibus sunt obnoxiæ. Nam vera et plena felicitas non est hominum propria, sed Superûm, qui natura sua omnium prorsus expertes malorum sunt, ut discant homines ex inconstantia fortunæ non abjici in adversis et in prosperis non efferri.

ISTHMIA.

εἶδος γ'.

ΜΕΛΙΣΣΩι ΘΗΒΑΙΩι

ἵπποις.

Σ. ά. Κ. ί.

Εἴ τις ἀνδρῶν εὐτυχάσαις,
Ἢ σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις,
Ἢ σθένει πλούτου, κατέχει
Φρεσὶν αἰανῆ κόρον,
Ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι.
Ζεῦ, μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται
Ἐκ σέθεν. ζώει δὲ μάσσων
Ὄλβος ὀπιζομένων· πλαγίαις
Δὲ φρένεσσιν οὐχ ὁμῶς πάν-
τα χρόνον θάλλων ὁμιλεῖ.

Α. ά. Κ. ί.

Εὐκλέων δ' ἔργων ἄποινα.
Χρὴ μὲν ὑμνῆσαι τὸν ἐσλόν·
Χρὴ δὲ κωμάζοντ' ἀγαναῖς
Χαρίτεσσι βαστάσαι.
Ἔστι δὲ καὶ διδύμων ἀέθλων Μελίσσῳ
Μοῖρα,

ISTHMIA. III.

[*Str.* 1.] Si quis hominum, felicitatem-nactus aut per illustria certamina aut vi divitiarum, cohibet animo tetram insolentiam; dignus is est praeconia civium adipisci. O Juppiter, magnae enim virtutes mortalibus contingunt beneficio tuo, vivitque diuturnior felicitas reverentium [te, piorum]; cum perversis vero mentibus non aeque perpetuo florens versatur.

[*Ant.* 1.] Inclytis vero facinoribus [ut] sua praemia [constent,] fas est celebrare virum strenuum, fasque choreas-ducentem blandis hymnis extollere. Est vero et gemi-

I S T H M I A.

MELISSO THEBANO

CURRU.

ODE JAMBICA III.

ILlustris alta qui palæstræ munera,
Areæ vel amplum divitis
A sorte cepit robur, et tetram sinu
Coercet insolentiam,
Justis suorum dignus ille est civium
Immixtus ire plausibus.
A Te, benigne Juppiter, magnas habet
Mortale virtutes genus,
Longosque in annos Te verentum florida
Viret vigetque faustitas.
At non scelestûm vernat illa mentibus
Urente radices lue.
Cum gloriosis porro factis debita
Sit danda merces, nobilem
Fas est honoro prosequi cantu virum,
Festoque commissas choro
Sublima cæli, Gratiis faventibus,
In astra laudes tollere.
Felix Melissus, cui coronæ duplicis
Sors aureum tulit decus,

 Duros

Μοῖρα, πρὸς εὐφροσύναν τρέψαι γλυκεῖαν
Ἦτορ· ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ
Δεξαμένω στεφάνους· τὰ δὲ κοί-
  λᾳ λέοντος ἐν βαθυστέρ-
  νου νάπᾳ κάρυξε Θήβαν

E. ά. K. ιά.

Ἱπποδρομίᾳ κρατέων.
Ἀνδρῶν δ᾽ ἀρετὰν
Σύμφυτον οὐ κατελέγχει.
Ἴστε μὰν Κλεωνύμου
Δόξαν παλαιὰν ἅρμασι·
Καὶ ματρόθε Λαβδακίδαισι
Σύννομοι, πλούτου διέστι-
  χον τετραοριᾶν πόνοις.
Αἰὼν δὲ κυλινδομέναις
Ἀμέραις ἄλλ᾽ ἄλλοτ᾽ ἐξ-
  άλλαξεν. ἄτρωτοί γε μὰν παῖδες Θεῶν.

---

geminorum certaminum Melisso sors, quæ ad hilaritatem convertat dulcem cor [partim] in convallibus Isthmi adepto coronas; partim [cum] in cavo leonis pectorosi nemore proclamavit Theben

[*Epod.* 1.] cursu equestri victor. A majoribus autem congenitam sibi virtutem non dedecorat. Scitis sane Cleonymi gloriam antiquam curribus partam; et ex materno genere Labdacidis affines in divitiis versati sunt inter quadrigarum labores. Tempus vero volventibus sese diebus alia alias per vices afferre solet. Prorsus intacti [ab adversis rebus] sunt filii Deorum.

Duros quod olli post labores melleâ
    Cor mulceat dulcedine:
Accepit unam Victor Isthmi in vallibus,
    Et pectorosi in abdito
Saltu leonis (1) alteram cursûs potens
    Equestris in certamine,
Thebesque nomen Græciæ toti dedit
    Altis sonandum vocibus.
Nec ille avitæ laudis obscurarier
    Est degener passus jubar.
Clêonymi (2) nam lucet antiqui inclytus
    Ob alites rotas honor,
Matrisque sanguis Labdaco Heroes (3) sati
    Per splendidas opum vias
Equos regentis attigêre gloriæ
    Laboribus metam suis.
Sed Tempus, horis se rotantibus, novas
    Ferre invidum solet (4) vices.
Fortunæ ab ictu vulnerari (5) nescia
    Stat sola proles Numinum.

(1) In Nemeæ ludis ab Hercule post occisum leonem institutis.

(2) Non avus Melissi hic est, sed alter Cleonymus longe remotus et antiquus.

(3) Labdacus Polydori filius erat, Cadmi nepos, Laii pater et avus Oedipi.

(4) Attingit ærumnas Labdacidarum et Melissi cognatos, qui perierunt in bello.

(5) Homerus tamen Martem et Venerem a Diomede vulneratos fuisse refert.

ISTHMIÆ QUARTÆ

ARGUMENTUM.

HIC quoque hymnus Melisso inscribitur, et male in editione Aldina conjungitur cum superiore, cum hic agatur de victoria Pancratio adepta, ut manifeste patet infra ex versiculo septuagesimo quinto. Cum porro Melissus ex stirpe Cleonymi ortum ducat, in laudem gentis Poeta statim excurrit virtutes ejus enumerans in florente fortuna et in adversa ærumnas. Talis enim humanarum rerum conditio est, ut lætis tristia misceat. Sic honorati Thebis Melissi majores fuere, hospitales erga vicinos, ab insolentia orta ex opibus omnino alieni, et omnium hominum testimonia gloriæ in se colligentes domestica fortitudine summum felicitatis attigere fastigium. Aluerunt etiam equos ex instituto Græciæ, et insignes extiterunt in bello. Sed gravis illis tempestas ingruens armorum uno die Heroas quatuor in acie sustulit. Nunc vero post tristem illam calamitatem suppeditata generi lætitia est ab Isthmia Melissi victoria, quam Neptunus ipsi tribuit et hoc hymno honestavit, ut antiquam Famam, quæ in somnum inciderat, suscitaret, et Lucifero sisteret splendidiorem. Hinc illa rediviva contemplandas offert duas in Eleusina et Sicyonia arena victorias avitæ virtutis præmia, et curruum certamina in majoribus ludis cum magno sumptu tentata et sua laude digna propter experimentum, licet prospero caruerint successu. Fortissimum namque virum aliquando vel instabilis fortunæ ludus, vel deterioris fraus hominis supplantare solet, ut Ajaci contigit vafritia Ulyssis. Sed Homerus eximiam Ajacis virtutem suis carminibus celebratam proposuit aliis poetis, ut illam suorum carminum argumentum facerent et redderent immortalem inexstincta poeseos luce. Hanc Pindarus sibi optat lucem, ut ea Melissum coronet pancratio insignem, audacia leoni parem, calliditate parem vulpi, statura exiguum, sed in congressu terribilem et invictum robur Herculis

præ

præ se ferentem, quo ille Antæum Gigantem oppressit. Hic memoratis præclaris facinoribus Herculis ostenditur Heros in Olympum translatus apud Jovem cum Hebe uxore, et funebribus decoratus sacris ad Electricam Thebarum portam propter octo filios a Megara Creontis filia prognatos, quos ille Junonis ira ad insaniam adactus interfecit. Sacra autem cum epulo ab occasu Solis ad ortum fiebant ardente flamma per totam noctem, et postera die Herculeum instituebatur certamen proposito myrti præmio Victoribus. In hoc certamine tres victorias Melissus retulit, duas in virili ætate, tertiam puer Orseæ peritissimi aurigæ obsecutus sollertiæ. Quare hunc cum Melisso sibi esse simul celebrandum jure optimo Poeta putat.

ISTHMIA.

εἶδος δ'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΜΕΛΙΣΣΩ

Σ. α'. Κ. ι.

Ἔστί μοι Θεῶν ἕκατι
Μυρία παντᾷ κέλευθος,
Ὦ Μέλισσ', εὐμηχανίαν
Γὰρ ἔφανες Ἰσθμίοις,
Ὑμετέρας ἀρετὰς ὕμνῳ διώκειν·
Αἷσι Κλεωνυμίδαι θάλλοντες αἰεὶ
Σὺν Θεῷ θνατὸν διέρχον-
ται τὸ βίου τέλος. ἄλλοτε δ' ἀλ-
λοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώ-
πους ἐπαΐσσων ἐλαύνει.

Α. α'. Κ. ι.

Τοὶ μὲν ὦν Θήβαισι τιμά-
εντες ἀρχᾶθε λέγονται
Πρόξενοί τ' ἀμφικτιόνων
Κελαδεννᾶς τ' ὀρφανοὶ
Ὕβριος. ὅσσα δ' ἐπ' ἀνθρώπους ἄηται
Μαρτύρια φθιμένων ζωῶν τε φωτῶν

Ἀπλέτου

ISTHMIA. IV.

[*Str.* 1.] Est mihi, Deorum beneficio, infinita quoquoversum via, o Melisse; copiam enim dedisti Isthmiis [victoria], vestras [totius gentis Melissi] virtutes hymno prosequendi: quibus Cleonymidæ florentes semper juvante Deo mortalem permeant vitæ terminum. Alias autem alius ventus omnes homines ingruens agitat:

[*Ant.* 1.] [etiam] illi igitur Thebis in honore fuisse antiquitus memorantur, hospitesque circumhabitantium, clamosæque expertes contumeliæ; quotquot vero inter homines volant defunctorum vivorumque virorum immensæ gloriæ testimonia, ea

omnia

ISTHMIA.

EIDEM MELISSO

ODE PYTHIO-JAMBICA IV.

INfinita mihi via parte patescit ab omni
    Dono, Melisse, Cælitum.
Tu nempe Isthmiaci Victor certaminis amplum
    Das ausibus campum meis,
Præradiante tuas quo lustrem carmine laudes,
    Et facta, queis Cleônymi
Florens usque genus mortalis transigit ævi
    Juvante cursum Numine.
Ast homines alias alius facto impete cunctos
    Exercet auræ spiritus.
Sic vestri celsis dicuntur honoribus aucti
    Antiquitus Thebis patres
Finitimis cari hospitio, lætique nocentis
    Carere motu injuriæ.
Quot functis vivisque viris acta inclyta passim
    Per ora spirant omnium,

Omnia

Ἀπλέτου δόξας, ἐπέψαυ-
  σαν κατὰ πᾶν τέλος. ἀνορίαις
Δ', ἐσχάταισιν οἴκοθεν στά-
  λαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείαις.

Ε. ά. Κ. ιά.

Καὶ μηκέτι μακροτέραν
Σπεύδειν ἀρετάν.
Ἱπποτρόφοι τ' ἐγένοντο,
Χαλκέῳ τ' Ἄρει ἅδον.
Ἀλλ' ἁμέρᾳ γὰρ ἐν μιᾷ
Τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο
Τεσσάρων ἀνδρῶν ἐρήμω-
  σεν μάκαιραν ἑστίαν.
Νῦν δ' αὖ μετὰ χειμέριον
Ποικίλων μηνῶν ζόφον,
Χθὼν ἅτε, φοινικέοισιν ἄνθησεν ῥόδοις

Σ. β'. Κ. ί.

Δαιμόνων βουλαῖς. ὁ κινη-
  τὴρ δὲ γᾶς, Ὀγχηστὸν οἰκέων
Καὶ γέφυραν ποντιάδα
Πρὸ Κορίνθου τειχέων,
Τόνδε πορὼν γενεᾷ θαυμαστὸν ὕμνον,
Ἐκ λεχέων ἀνάγει Φάμαν παλαιὰν
Εὐκλέων ἔργων. ἐν ὕπνῳ

Γὰρ

---

omnia attigerunt perfectissima; virtutibusque ad extremas usque inde a domo sua columnas pertingunt Herculeas:

[*Epod.* 2.] nec fas est longius extensam affectare [quemquam] virtutem; equorumque altores fuerunt, aeneoque Marti probati sunt. Enimvero die una asper nimbus belli quatuor viris orbavit beatam domum. Nunc vero rursus, post hibernam volubilium mensium caliginem tellus velut puniceis, floruerunt, rosis

[*Str.* 2.] Deorum numine. Quassator autem terræ, Onchestum inhabitans, et pontem marinum ante Corinthi muros, huncce largitus ipsorum generi mirificum hymnum, e lecto reducit Famam antiquam gloriosorum facinorum: in somnum enim inci-

Omnia plena olli perfectaque collêgere,
    Domûsque virtutes suæ
Herculeis navi extremis junxere columnis.
    Haud majus est ultra datum
Affectare decus. Cura illis maxima porro
    Nutrire flammantum fuit
Quadrupedum (1) robur, Martique placere cruento.
    Uno asper at nimbus diê
Bis geminis (2) ducibus felicem in turbine belli
    Nivalis orbavit domum.
Nunc vero, ut variâ tellus vice mensibus actis
    Post hispidæ caliginem
Brumæ purpureo vestitur flore rosarum,
    Sic vestra rursus faustitas
Divûm consilio floret. Qui cuspide terram
    Tridente quassat, et colit
Onchesti (3) lætus ripas pontemque marinum
    Propter Corinthi mœnia,
Hunc hymni illustrem generi largitus honorem
    Famam vetusti nominis
Custodem ciet e lecto. Quæ mersa jacebat
    Lenti soporis in sinu,

 Surgit

(1) Nobiliorum et opulentiorum apud Græcos studium fuit alendi equos ad ludorum et belli certamina.
(2) Quatuor Melissi cognatis uno die in bello interemptis.

(3) Neptunus in urbe Onchesti coltus, et in Isthmo Corinthi concessa Melisso victoria sopitam gentis famam suscitavit et gloriosam reddidit præconio Pindari.

Γὰρ πέσεν. ἀλλ' ἀνεγειρομένα
Χρῶτα λάμπει, Ἀωσφόρος θα-
    ητὸς ὡς ἄστροις ἐν ἄλλοις.

A. β'. K. ί.

Ἅτε κ' ἐν γουνοῖς Ἀθηνᾶν
Ἅρμα κηρύξαισα νικᾶν,
Ἔν τ' Ἀδραστείοις ἀέθλοις
Σικυῶνος, ὤπασε
Τοιάδε τῶν τότ' ἐόντων φύλλ' ἀοιδᾶν.
Οὐδὲ παναγυρίων ξυνᾶν ἀπεῖχον
Καμπύλον δίφρον· Πανελλά-
    νεσσι δ' ἐριζόμενοι, δαπάνᾳ
Χαῖρον ἵππων. τῶν ἀπειρά-
    των γὰρ ἄγνωστοι σιωπαί.

E. β'. K. ιά.

Ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας
Καὶ μαρναμένων,
Πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι.
Τῶνδε γὰρ διδοῖ τέλος.
Καὶ κρέσσον' ἀνδρῶν χειρόνων
Ἔσφαλλε τέχνα καταμάρψαι-
    σ'. ἴστε μὰν Αἴαντος ἀλκὰν
Φοίνιον, τὰν ὀψίᾳ

Ἐν

---

inciderat; sed nunc excitata corpore fulget, Lucifer conspicuus ceu astra inter cetera.

[*Ant.* 2.] Quæ et, in arvis Athenarum currum cum promulgasset vicisse, inque Adrasteis certaminibus Sicyonis, præbuit pariter ejus sæculi poetarum folia cantionum. Neque a conventibus communibus abstinuerunt incurvum currum, sed cum universis Græcis certantes sumptu gavisi sunt equorum. Inexpertorum enim obscura silentia sunt.

[*Epod.* 2.] Est vero obscuritas fortunæ etiam certantibus, priusquam finis summus adveniat; horum enim dat eventum [fortuna]. Etiam fortiorem virorum deteriorum supplantare solet fraus corripiens. Nostis sane Ajacis robur cruentum, quo, sera

nocte

Surgit, et adspectu juvenili fulget, ut inter
    Spectandus astra Lucifer.
Atthidos hæc (1) quondam fecundis nuntia in oris,
    Sacroque Adrasti in pulvere
Victrices celebravit ovans Sicyone quadrigas,
    Et aureis fortes dedit
Inscribi heroas foliis per dædala vatum
    Illius ævi carmina.
Communes etiam (2) sunt ausi accedere cœtûs,
    Citisque congressi rotis
Cuilibet aurigæ Grajûm dulcissima equestris
    Cepêre sumptûs gaudia.
Nam stadium numquam expertis ignobile in umbrâ
    Silentii nomen jacet.
Obscurum tamen est etiam certantibus illud,
    Petitus ante fervidæ
Quam veniat pugnæ finis. Victoria quippe
    Dat sola claritudinem.
Sæpe et deterior præstantem corripit unus,
    Et fraude supplantat virum.
Nota est sanguinei virtus Ajacis, acuto

 Quæ

(1) Fama scilicet duas victorias Atticam et Sicyoniam celebravit, quæ a Melissi majoribus reportatæ fuerunt.

(2) Accesserunt etiam ad quatuor maxima certamina, in quibus, licet victoriam nullam retulerint, laudem tamen fortitudinis, quam præ se tulere cum viris quibusque congressi, non minimam promeruisse dicendi sunt.

Ἐν νυκτὶ ταμὼν περὶ ᾧ
Φασγάνῳ, μομφὰν ἔχει
Παίδεσσιν Ἑλλάνων, ὅσοι Τρῴανδ' ἔβαν.

Σ. γ'. Κ. ι.

Ἀλλ' Ὅμηρός τοι τετίμα-
κε δι' ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ
Πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετὰν
Κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν
Θεσπεσίων ἐπέων λοιποῖς ἀθύρειν.
Τοῦτο γὰρ ἀθάνατον φωνᾶεν ἕρπει,
Εἴ τις εὖ εἴπῃ τι· καὶ πάγ-
καρπον ἐπὶ χθόνα καὶ διὰ πόν-
τον βέβακεν ἐργμάτων ἀ-
κτὶς καλῶν ἄσβεστος αἰεί.

Α. γ'. Κ. ι.

Προφρόνων Μοισᾶν τύχοιμεν,
Κεῖνον ἅψαι πυρσὸν ὕμνων
Καὶ Μελίσσῳ, παγκρατίου
Στεφάνωμ' ἐπάξιον,
Ἔρνεϊ Τελεσιάδα. τόλμᾳ γὰρ εἰκὼς
Θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρῶν λεόντων
Ἐν πόνῳ· μῆτιν δ' ἀλώπηξ,
Αἰετοῦ ἅτ' ἀναπιτναμένα

Ῥόμβον

---

nocte confossus suo ense, probrum facit filiis Græcorum, quotquot Trojam venerant.

[*Str.* 3.] At Homerus utique honoravit [eum] inter homines, dum omnem ejus exaltans virtutem per seriem cecinit divinorum versuum posteris decantandam. Hoc enim immortale sonans procedit, quod quis carmine egregio celebraverit; et omnifrugiferam per terram et per mare incedit factorum splendor egregiorum inexstinctus semper.

[*Ant.* 3.] Propitias Musas utinam habeamus ad accendendum illam facem hymnorum etiam Melisso, coronam pancratio dignam, germini Telesiadæ! Animo enim, in labore subeundo, audaciæ similis graviter-frementium ferorum leonum; prudentia vero

Quæ nocte in extremâ suum
Transfigens ferro pectus probro implet (1) Achivos,
Quot Ilî ad arces venerant.
Ast illam justo mortales inter Homerus
Honore prostratam extulit
Erexitque sui mulcens modulamine cantûs
Monstrante contempti ducis
Versibus inductum divinis lumen, et arma
Seris canenda gentibus.
Ornata eloquio per terras omniparentes,
Marisque Laus tractûs volat
Immortale sonans, memorandaque facta perennes
Splendore inexstincto undique
Percurrunt radii. Faciles sic ipse Camenas
Nanciscar, ut nostro facem
Hymnorum possim talem accendisse Melisso,
Clarumque duri ob arduos
Pancratii nisûs digna redimite corona
Telesiadæ nato caput.
Scilicet innatâ sævo ille, altumque frementi
Par est leoni audaciâ,
Consilio est vulpes, aquilæ quæ ludit hiantis
Humi supinata impetum.

Nimirum

(1) Quod ejus virtutem injuste et fraudolenter oppressetint. Ulysses enim versuta dicendi arte Græcorum benevolentiam ita captavit, ut Ajacem longe illo in acie præstantiorem turpissime posthaberent in concilio, et arma Achillis oratori sycophantæ et imbelli adjudicarent.

Ῥόμβον ἴσχει. χρὴ δὲ πᾶν ἔρ-
  δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.

E. γ'. K. ιά.

Οὐ γὰρ φύσιν Ὠαριω-
  νείαν ἔλαχεν·
Ἀλλ' ὀνοτὸς μὲν ἰδέσθαι,
Συμπεσεῖν δ' αἰχμᾷ βαρύς.
Καί τοι ποτ' Ἀνταίου δόμους
Θηβᾶν ἀπὸ Καδμηίαν, μορ-
  φὰν βραχὺς, ψυχὰν δ' ἄκαμπτος,
Προσπαλαίσων ἦλθ' ἀνὴρ
Τὰν πυροφόρον Λιβύαν,
Κρανίοις ὄφρα ξένων
Ναὸν Ποσειδάωνος ἐρέφοντα σχέθοι,

Σ. δ'. K. ι.

Υἱὸς Ἀλκμήνας. ὃς Οὔλυμ-
  πόνδ' ἔβα, γαίας τε πάσας
Καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς
Ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ,
Ναυτιλίαισί τε πορθμὸν ἁμερώσαις.
Νῦν δὲ παρ' Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλβον
Ἀμφέπων ναίει, τετίμα-
  ταί τε πρὸς Ἀθανάτων φίλος, Ἥ-

βαν

---

vero vulpes, quæ resupinata aquilæ impetum cohibet. Oportet autem, quidvis moliendo labefactare hostem.

[*Epod.* 3.] Non enim staturam Orioneam sortitus est. Sed contemptibilis adspectu, in conflictu vero robore gravis. Atqui quondam ad Antæi ædes, Thebis a Cadmeis, statura brevis, animo vero invictus, colluctaturus venit heros in triticiferam Lybiam; craniis ut hospitum templum Neptuni operientem [Antæum] coerceret

[*Str.* 4.] filius Alcmenæ. Qui in Olympum abiit, cum et terras omnes et inpræceps-profundi cani maris explorasset æquor, navigationibusque fretum mansuefecisset. Nunc vero apud Ægiochum præstantissima felicitate fruens habitat, coliturque ab Immortalibus, [ipsis] carus, Hebæque maritus est, aurearum ædium dominus et gener Junonis.

Nimirum premere omnigenis fas artibus hostem,
Obscurus ut cedat loco.
Non ille est vastos sortitus Orîonis (1) artus,
Parvo sed astat corpore,
Aspectu vilis, sed formidandus ín æstu,
Palæstra cum pugnam ciet.
Membrorum sic mole minor, sed cordis ahenâ
Virtute flecti nescius
Heros Thebarum Cadmea fertur ab urbe
Profectus olim fertiles
Venisse in Libyæ campos, ubi dira gigantis
Surgebat Antæi (2) domus,
Quo monstri capita hospitibus truncare süeti,
Templumque Neptuno sacrum
Calvarum pompâ vestire, extingueret acer
Luctator infandum nefas.
Filius Alcmênæ fuit hic, qui Victor Olympum
Ascendit, amplæ terminos
Postquam telluris norat pelagique profunda
Lustrarat incani vada,
Mansuetumque freti dominus subjecerat æquor
Vagis arandum navibus.
Nunc Ille Ægiochum (3) juxtâ sedet auctus opimo
Beatitatis munere
Diis cultus, carusque ipsis, Hêbesque maritus

In

(1) Orion gigas maximæ proceritatis erat et staturæ.

(2) Antæus gigas in Libya Neptuni templum viatorum capitibus, quos occiderat, ornare gaudebat.

(3) Jovem Ægide insignem.

βαν τ' ὀπυίει, χρυσέων οἴ-
κων ἄναξ καὶ γαμβρὸς Ἥρας.

A. δ'. K. ί.

Τῷ μὲν Ἀλεκτρᾶν ὕπερθεν
Δαῖτα πορσύνοντες ἀστοὶ
Καὶ νεόδματα στεφανώ-
ματα βωμῶν, αὔξομεν
Ἔμπυρα χαλκοαρᾶν ὀκτὼ θανόντων,
Τοὺς Μεγάρα τέκεν οἱ Κρεοντὶς υἱούς,
Τοῖσιν ἐν δυσμαῖσιν αὐγᾶν
Φλὸξ ἀνατελλομένα συνεχὲς
Παννυχίζει, αἰθέρα κνι-
σᾶντι λακτίζοισα καπνῷ·

E. δ'. K. ιά.

Καὶ δεύτερον ἆμαρ ἐτεί-
ων τέρμ' ἀέθλων
Γίνεται, ἰσχύος ἔργον.
Ἔνθα λευκωθεὶς κάρα
Μύρτοις ὅδ' ἀνὴρ διπλόαν
Νίκαν ἀνεφάνατο, παίδων
Τὰν τρίταν πρόσθεν, κυβερνα-
τῆρος οἰακοστρόφου
Γνώμᾳ πεπιθὼν πολυβού-
λῳ. σὺν Ὀρσέᾳ δέ νιν
Κωμάζομαι, τερπνὰν ἀποστάζων χάριν.

ΠΙΝΔ.

[*Ant.* 4.] Cui quidem Electras supra portas epulum adornantes nos cives et recens-structa coronamenta ararum, celebramus inferias ære-cæsorum octo mortuorum, quos Megara peperit ei Creontis filia filios, quorum in honorem sub occasum radiorum solis flamma accensa continue pernoctat, ætherem nidorifero feriens fumo:

[*Epod.* 4.] et altera dies anniversariorum terminus certaminum est, roboris spectaculum; ubi dealbatus caput myrtis hic Melissus duplicem victoriam edidit, puerorum tertiam antea [ediderat], gubernatoris clavum-versantis consilio obsecutus prudentissimi. Cum Orsea igitur ipsum celebro jucundam destillans laudem.

In æde princeps aureâ,
Junonisque gener. Nos illi (1) Electrida propter
Portam parantes splendidum
Convivî luxum cives, arasque quotannis
Decôre sertorum novo
Rite coronantes pueris, quos nata Creonte
Bis quattuor fudit parens
In lucem Megarê, fatalis et abstulit ensis,
Cæsas litamus hostias.
Solis ad occidui radios his excita flamma
Noctem renidet perpetem,
Et sudam glomerans nubes jaculatur in æthram
Nidore fumantes globos.
Annua Sol rediens conclúdit festa superbis
Certaminum laboribus,
Unde bis invictas sibi myrto albente revinxit
Melissus in viris comas,
Ut puer in pueris servans documenta volûcres
Regentis axes arbitri.
Victorem ergo meus jucundo nectare stillans,
Et Orseam (2) cantus rigat.

(1) Nos Thebani prope Electridam unam ex septem Thebarum portis ab Electra Cadmi sorore dictam, ubi illa sepulcrum habet, et sepulti sunt Megaræ filii, festum solemne et sacrum quotannis populo, coronis et victimis celebramus.

(2) Orseam, non aliptam, ut male quidam putant, sed aurigam Melissus habuit.

ISTHMIÆ QUINTÆ

ARGUMENTUM.

ANte hanc Oden sequentem sextam a Pindaro fuisse scriptam recte Grammatici contendunt, quod in hac duæ victoriæ Isthmiæ a Phylacida reportatæ celebrantur, in illa vero una tantum. Fuit autem Phylacidas Lamponis filius natu minimus, Cleonici nepos et Pythea frater, Euthymeni materno avunculo, et Themistio materno avo pugilatu et pancratio claris cognatione junctus. Hunc splendido carmine laudaturus Pindarus a Thia Dea, quæ ex Hyperione Solem, Lunam et Auroram peperit, et splendorem omnem vitæ auro conciliat in navalibus et curulibus gymnicisque victoriis luculentum exordium sumit. Ac statim Thiæ munere singulari Phylacidam ait per divitias duo maxima vitæ bona consecutum esse, victoriam scilicet et bonum nomen, ideoque ipsum ita felicem esse, ut nihil ultra in humana conditione possit appetere bis coronatus in Isthmo et ad Nemeam una cum fratre Pythea propter invictam in pancratio virtutem. Cum vero ille Æginæ civis sit, summque genus ad Æacidas referat, Æginam justitia bonisque legibus et bellica in primis fortitudine illustrem, ejusque Heroas Poeta laudat usitato aliorum exemplo, qui viris præstantissimis debitam mercedem laudis persolverunt, ut Ætoli, Thebani, Argivi, Spartani et Æginetæ ipsi, in quorum prædicatione propter Phylacidam Æginensem diutius immoratur. Telamonem itaque, qui Herculem secutus est adversus Laomedontem in Trojano bello, et Ajacem, Teucrum, Achillem et Neoptolemum socios et comites Agamemnonis et Menelai ad Helenam recuperandam gloriose memorat, Achillem præcipue, qui Hectorem, Cycnum et Memnonem interfecit, vulneravitque hasta Telephum audacissimum bellatorem. Neque solum antiquam Æginæ gloriam, sed recentem etiam navali ad Salaminam prælio partam extollit, ita tamen, ut illam invidiæ causa silentio cauto dissimulet. Non potest autem

tem

tem Athletarum victorias, quæ tantum postulant, non hymno justo celebrare. Immo contendit neminem in ludis cum gente Cleonici certare posse virtute et prospero laborum successu, qui probe jam cognitus est, nec spem unquam magnis sumptibus comparatam fefellit. Tandem Pytheam natu majorem Phylacidæ fratrem firmo et constanti animo pugnantem et regentem prudenter ictus strenui fratris, ut æquum erat, laudat utrique communicans victoriæ decus et præmium.

εἶδος έ.

ΦΥΛΑΚΙΔᾼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

Παγκρατίῳ.

Σ. ά. Κ. ή.

Μᾶτερ Ἀλίου πολυώνυμε Θεία,
Σέο γ᾽ ἕκατι καὶ μεγασθενῆ νόμισαν
Χρυσὸν ἄνθρωποι περιώσιον ἄλλων·
Καὶ γὰρ ἐριζόμεναι
Νᾶες ἐν πόντῳ, καὶ ἐν ἅρμασιν ἵπποι,
Διὰ τεάν, ὦ 'νασσα, τιμάν,
Ὠ᾽κυδινάτοις ἐν ἁμίλ-
λαισι θαυμασταὶ πέλονται·

Α. ά. Κ. ή.

Ἐν τ᾽ ἀγωνίοις ἀέθλοισι ποθεινὸν
Κλέος ἔπραξεν, ὧν τε ἀθρόοι στέφανοι
Χερσὶ νικάσαντ᾽ ἀνέδησαν ἔθειραν
Ἢ ταχυτᾶτι ποδῶν.
Κρίνεται δ᾽ ἀλκὰ διὰ δαίμονας ἀνδρῶν.
Δύο δέ τοι ζωᾶς ἄωτον

Μοῖρα

ISTHMIA. V.

[*Str.* 1.] O mater Solis celeberrima, Thia, tui causa et præpotens existimant aurum homines præ ceteris; et certantes naves in mari et quadrigales equi propter tuum, o Dea, splendorem volubilibus in pugnis admirandi existunt;

[*Ant.* 1.] et in ludicris certaminibus amabilem gloriam acquisivit, cuicumque multæ coronæ redimierunt comam, manibus victoriam adepto aut velocitate pedum. Spectatur vero virtus hominum, Deorum ope. Duo vero vitæ florem sola pascunt [ornant] suavissimum [juventam] florente felicitate:

I S T H M I A.

PHYLACIDÆ ÆGINETÆ

PANCRATII VICTORI.

ODE GLYCONICO-ASCLEPIADEA V.

O almi celeberrima
Solis, Thîa, parens, altius omnibus
Per Te supra alias potens
Aurum divitias turba hominum colit,
Certantesque mari rates,
Et currûs pariter quadrijugi, Dea,
Ad lucis radios tuæ
Admiranda serunt facta volubilis
In discrimine prælii;
Per Te conspicuum nomen ab arduis
Ludorum stadiis refert
Quisquis vel manuum robore, vel pedum
Vi sæpe aligerâ suam
Sertorum foliis implicuit comam.
Humanæ Superûm favor
Virtuti pretium factitat, et duo
Celsas inter opes Bona
Vitai ambrosium plenius uberi

Florem

Μοῦνα ποιμαίνοντι τὸν ἄλ-
πνιστον εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ·

Ε. ά. Κ. ιά.

Εἴ τις εὖ πάσχων λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ.
Μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι· πάντ' ἔχεις,
Εἴ σε τούτων μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν.
Θνατὰ θνατοῖσι πρέπει.
Τὶν δ' ἐν Ἴσθμῷ διπλόα θάλλοισ' ἀρετὰ,
Φυλακίδα, κεῖται· Νεμέᾳ δὲ, καὶ ἀμφοῖν,
Πυθέα τε, παγκρατίου. τὸ δ' ἐμὸν
Οὐκ ἄτερ Αἰακιδᾶν
Κέαρ ὕμνων γεύεται.
Σὺν χάρισιν δ' ἔμολον
Λάμπωνος υἱοῖς

Σ. β'. Κ. ή.

Τάνδ' ἐς εὔνομον πόλιν. εἰ δὲ τέτραπται
Θεοδότων ἔργων κέλευθον ἂν καθαρὰν·
Μὴ φθόνει κόμπον τὸν ἐοικότ' ἀοιδᾷ
Κιρνάμεν ἀντὶ πόνων.
Καὶ γὰρ ἡρώων ἀγαθοὶ πολεμισταὶ
Λόγον ἐκέρδανον· κλέονται
Δ' ἔν τε φορμίγγεσσιν ἐν αὐ-
λῶν τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς

[*Epod.* 1.] si quis re bene gesta bene audiat. Ne frustra quære Juppiter fieri; omnia habes, si ad te horum sors pervenerit bonorum. Mortalia mortales decent. Tibi autem in Isthmo duplex florens victoria, o Phylacida, reposita est; Nemeæ vero etiam utrique, [tibi] Pytheæque, pancratii. At meum non sine Æacidis pectus hymnos tractat. Cumque carminibus [etiam nunc] veni Lamponis filiis

[*Str.* 2.] hanc in legibus-bene-instructam urbem: quæ cum conversa sit divinorum facinorum in viam splendidam, ne invideas laudes convenientes hymno miscere pro laboribus. Etenim etiam Heroum strenui bellatores famam lucrati sunt: celebranturque inque citharis, tibiarumque omnisono strepitu

Florem lætitiâ beant,
Cœpti prosperitas grandis et inclyta
Famæ gratia in auribus.
Ne stultê fieri Juppiter expetas.
Felix omnia jam tenes,
Horum si adveniens sors tibi fulserit.
Mortalem haud aliud decet,
Ni mortale Bonum. Florida duplicis
Ridet, Phylacidâ, tibi
Laus facti Isthmiaco prodita pulvere,
Unâque ad Nemeam tuo
Idem pancratii stat Pytheæ decor.
At non Æacidis sine
Hymnorum solitos cor mihi fervidum
Degustare valet sonos.
Nam vêni auricomis huc ego Gratiis
Junctus promeritum dare
Lamponis soboli carmen, ubî potens
Justi legibus imperî
Urbs regina (1) sedet. Si via civibus
Divinorum operum bonis
Per purum teritur, ne male livida
Tu miscere laboribus
Aptum magnanimis, mens, renuas melos.
Nam bello celebres viri,
Heroesque lucrum laudis amabile
Votis quæsierunt suis,
Æternique vigent in citharis adhuc,
Inque acri omnimodis leves
Hortantis choreas flamine tibiæ,

Et

(1) Ægina Victoriæ patria.

A. β'. K. η'.

Μυρίον χρόνον· μελέται δὲ σοφισταῖς
Διὸς ἕκατι πρόσβαλον σεβιζόμενοι.
Ε᾿ν μὲν Αἰτωλῶν θυσίαισι φαενναῖς
Οἰνεΐδαι κρατεροί·
Ε᾿ν δὲ Θήβαις ἱπποσόας Ι᾿όλαος
Γέρας ἔχει· Περσεὺς δ᾿ ἐν Α᾿ργει·
Κάστορος δ᾿ αἰχμὰ Πολυδεύ-
κεός τ᾿ ἐπ᾿ Εὐρώτα ῥεέθροις.

E. β'. K. ια'.

Α᾿λλ᾿ ἐν Οἰνώνᾳ μεγαλήτορες ὀργαὶ
Αἰακοῦ παίδων τε. τοὶ καὶ σὺν μάχαις
Δὶς πόλιν Τρώων πράθον, ἑσπόμενοι
Η᾿ρακλῆϊ πρότερον,
Καὶ σὺν Α᾿τρείδαις. Ε᾿λα νῦν μοι πεδόθεν.
Λέγε, τίνες Κύκνον, τίνες Ε῞κτορα πέφνον,
Καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον
Μέμνονα χαλκοάραν·
Τίς ἄρ᾿ ἐσλὸν Τήλεφον
Τρῶσεν ἑῷ δορὶ Κα-
ΐκου παρ᾿ ὄχθαις.

Σ. γ'.

[*Ant.* 2.] omni tempore; studiumque [carminum materiem] poetis præbent, Jovis beneficio, honorati: in Ætolorum quidem sacrificiis illustribus Œnidæ strenui; Thebisque equorum agitator Jolaus in honore est; Perseusque Argis; Castorisque virtus Pollucisque ad Eurotæ fluenta:

[*Epod.* 2.] at in Œnona [insula Ægina] magnanima indoles Æaci filiorumque. Qui et præliis bis urbem Troum vastaverunt, sequentes Herculem prius, tum cum Atridis. Impelle nunc mihi [cursum] procul a terra [in altum]. Dic: quinam Cycnum, quinam Hectorem occiderunt, et imperatorem Æthiopum intrepidum Memnonem ære-armatum? Quis strenuum Telephum vulneravit sua hasta Caici ad ripas?

Et dono Jovis undique
    Sancti per populos facta stupentibus
Curas ingenii novas
    Excivêre sophis. Nobile Martii
Ætolis decus e sacris
    Ænîdæ (1) accipiunt: Herculeus sonat
Thebanis Jolas eques:
    Argis est Danaes gloria gemini,
Et clari prope vitreum
    Eurôtæ fluvium Tyndaridæ micant.
At cælo inserit Æaci
    Œnônê indomitum pectus, et igneos
Natos, qui prius impigro
    Alcidæ comites, deînde furentibus
Atridis, miseram Ilion
    Bis armis validi perculerunt suis.
Terrâ tollere nunc mihi,
    Et cursum aerias, mens, age per vias.
Dic: Cycnum quis et Hectora
    Et nigri intrepidum quis populi ducem
Stravit Memnona aheneâ
    In veste horribilem? Quisve ferum citâ
Mysî in littore fluminis
    Hastæ fixit atrox cuspide Telephum?

 Illi,

(1) Æneus Rex Ætoliæ filios habuit Meleagrum et Tydeum Diomedis patrem in solemnibus sacrificiorum diebus fortitudine præstantissimos.

Σ. γ'. Κ. ή.

Τοῖσιν Αἴγιναν προφέρει στόμα πάτραν
Διαπρεπέα νᾶσον. τετείχισται δὲ πάλαι
Πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς ἀναβαίνειν.
Πολλὰ μὲν ἀρτιεπὴς
Γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων
Κελαδῆσαι· καὶ νῦν ἐν ἄρει
Μαρτυρῆσαι κεν πόλις Αἴ-
ακτος, ὀρθωθεῖσα ναύταις

Α. γ'. Κ. ή.

Ἐν πολυφθόρῳ, Σαλαμὶς, Διὸς ὄμβρῳ,
Ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ.
Ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ.
Ζεὺς τάδε καὶ τὰ νέμει,
Ζεὺς, ὁ πάντων κύριος. ἐν δ' ἐρατεινῷ
Μέλιτι καὶ τοιαίδε τιμαὶ
Καλλίνικον χάρμ' ἀγαπά-
ζοντι. μαρνάσθω τις ἔρδων

Ε. γ'. Κ. ιά.

Ἀμφ' ἀέθλοισιν, γενεὰν Κλεονίκου
Ἐκμαθών. οὔ τοι τετύφλωται μακρὸς

Μόχθος

[*Str.* 3.] [Illi quidem] quorum Æginam profert os patriam, excellentem insulam. Constructus vero est jamdudum cumulus excelsorum facinorum, quem conscendere possis; multaque rectiloqua lingua mihi jacula habet de illis resonandi; etiam nunc in bello testari potest urbs Ajacis, servata a classiariis

[*Ant.* 3.] in multum-exitiali, Salamis, Jovis imbre, innumerabilium hominum grandinosa cæde. Sed tamen gloriationem submerge silentio. Juppiter hæc et illa [secunda et adversa] distribuit. Juppiter, omnium dominus. Mellis vero instar amabilem hujusmodi etiam decora [victoriæ certaminibus partæ] epinicium hymnum amant. Certet quispiam allaborans

[*Epod.* 3.] de certaminibus, de gente Cleonici ubi inaudiverit. [certet mihi quis cum

Illi, queis patriam vetus
    Æginæ celebrem fama dat insulam.
Jamdudum ardua gloriæ
    Turris structa nitet, scandere quam vigor
Ardens summa petentium
    Heroum haud timuit. Multa habeo meâ
Quæ linguâ jaculer sonans,
    Quorum nunc locuples testis adest mihi
Urbs Ajacis ab ultimo
    Servata exitio fulmineâ manu
Nautarum Salamis (1), rapax
    Cum turbo Jovis et grandinis impetus
Confertа hostis in agmina
    Infandam jaceret perniciem tegens
Cæsis corporibus mare.
    Sed fastum cohibê, factaque grandia
Alto merge silentio.
    Fausta unus tribuit Juppiter et mala,
Rerum Juppiter omnium
    In terris Dominus. Sed tamen e sacris
Qui certaminibus venit,
    Laudes Victor amat mellifluas honor.
Surgat, qui (2) Cleonîcii
    Virtutem generis novit, et æmulis
Certet vincere nisibus.
    Non cæcâ siquidem nocte vetus jacet

 Victorum

(1) Innuit navalem pugnam ad insulam Salaminiam contra Xerxem

(2) Cleonicus avus Phylacidæ et Lamponis pater, qui suam familiam tot victoriis illustravit, ut nemo cum eo contendere de numero facile possit.

Μόχθος ἀνδρῶν· οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι
Ἐλπίδων, ἔκνισ' ὄπιν.
Αἰνέω καὶ Πυθέαν ἐν γυιοδάμαις
Φυλακίδᾳ πλαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆσαι·
Χερσὶ δεξιὸν, νόῳ ἀντίπαλον.
Λάμβανέ οἱ στέφανον·
Φέρε δ' εὔμαλλον μίτραν·
Καὶ πτερόεντα νέον
Σύμπεμψον ὕμνον.

cum ea victoriarum numero.] Non profecto involutus tenebris est longus labor virorum, neque, quantæ impensæ ad potiundum spe [factæ fuerint], stimulat curam [neque impensarum pœnitet]. Laudo etiam, Pytheam inter membrorum-domitores [athletas] Phylacidæ plagarum cursum direxisse, manibus dextrum, animo parem. Accipe ei coronam, ferque villosam vittam, et alatum novum una-mitte hymnum.

Victorum labor obrutus,
    Nec sumptus decorum sollicitæ spei
Largê effusus, et exitu
    Felix ex hominum mentibus excidit:
Membrorum domitor quoque
    Dicendus Pytheas (1), qui manibus celer
Jactis, atque animo sagax
    Ictûs Phylacidæ rexit et impetum.
I, serta ex apio cape,
    Fer vittæ (2) speciem purpuream, et novum,
Præco, mitte viro statim
    Vectum pennigero carmine præmium.

(1) Erat is Phylacidæ frater natu major alipta ejus eximius.

(2) Vitta ex flava lana contexta super coronam Victoris imponebatur.

ISTHMIÆ SEXTÆ

ARGUMENTUM.

Clarissimus Heynius hic Grammaticos arguit, quod tria nomina Phylacidæ, Pytheæ et Euthymenis huic hymno præscripserint, cum Poeta Phylacidam pancratiasten tantum sibi celebrandum proponat, quamvis, ut solet, in cognatorum laudes licentia poetica exspatietur. Inchoatur hymnus comparatione sumpta a crateribus, qui in convivio propinari solebant. Primus crater, nempe hymnus, propinatus fuit a Poeta Nemeæo Jovi propter Pytheæ, vel etiam Phylacidæ, qui et ipse ad Nemeam vicerat, victoriam, secundus nunc libatur Neptuno maris domino et Nereidibus ob Isthmium Phylacidæ decus, tertius paratus est Jovi Servatori, cum Olympicam victoriam concesserit. Tres porro felicitatis partes enumerantur, sumptus nimirum, certandi labor et gloria, quas Lampon usque studuit acquirere, et in iis consenescere cupit. Quare Poeta Parcas orat, ut illi ante obitum optatam sortem dignumque tribuant majoribus decus. Hic digreditur more suo ad Æginæ Heroas, quorum facta præclara a meridie ad septemtrionem propagata fama volarunt, Peleum scilicet laudans et Telamonem, cui Hercules, cum ipsum adiit, ut Trojani belli socium sibi adjungeret, libatione Jovi facta Ajacem comprecatus est filium, et obtinuit annuente precibus Jove magna aquila de cælo missa. Finita Herculis precatione se Pindarus revocat, ne longius æquo in narrandis Æacidarum virtutibus progrediatur quasi oblitus Victoris et cognatæ gloriæ, quam sibi breviter prædicandam videt una cum tribu Psalychidarum, qui Themistii materni avi domesticam virtutem ad Æginæ patriæ ornamentum suis factis instaurarunt. Lamponem vero præcipue commendat, quod juxta Hesiodi dictum gerendarum rerum studiosus sit, quod filios suos non exemplo solum, sed verbis etiam ad agendum impellat, quod beneficia conferat in hospites, quod modum amet ac servet semper in omnibus,

et

et menti consonam linguam gerat, quod denique ita excellat ad pugilatus studium Athletas acuens, ut Naxia cos inter alias omnes ferri domitrices eminet. Concludit hymnum comparans suaviter cum Thebano fonte Dirces Musis sacro, cujus aqua Lamponem patrem et duos ejus filios se gaudet irrigasse. Finitus enim hymnus futurum πίσω hic excludit, et præteritum πίσα pro ἐπότισα postulat, ut felici conjectura Mingarellus suspicatur.

ISTHMIA.

εἶδος ϛ'.

ΦΥΛΑΚΙΔᾼ ΠΥΘΕᾼ

ΕΥΘΥΜΕΝΕΙ

Μάτρωι.

Σ. ά. Κ. ιγ'.

Θάλλοντος ἀνδρῶν ὡς ὅτε συμποσίου,
Δεύτερον κρατῆρα μοισαίων μελέων
Κίρναμεν Λάμπωνος εὐά-
θλου γενεᾶς ὕπερ. ἐν Νεμέᾳ
Μὲν πρῶτον, ὦ Ζεῦ, τὶν ἄωτον
Δεξάμενοι στεφάνων·
Νῦν αὖτ' ἐν Ἰσθμῷ, δεσπότᾳ
Νηρηΐδεσσί τε πεντή-
κοντα, παίδων ὁπλοτάτου
Φυλακίδα νικῶντος. εἴη δὲ τρίτον
Σωτῆρι πορσαίνοντας Ὀλυμ-
πίῳ Αἴγιναν κατα-
σπένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς.

Α. ά. Κ. ιγ'.

Εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνᾳ τε χαρεὶς
Καὶ πόνῳ πράσσει θεοδμάτους ἀρετάς,

Σὺν

ISTHMIA VI.

[*Str.* 1.] Florente hominum velut convivio secundum craterem musicorum carminum miscemus pro Lamponis strenue-certante progenie. Nemeæ quidem primum, o Juppiter, tibi, flore accepto coronarum; nunc autem in Isthmo domino [ejus, Neptuno, Nereidibusque quinquaginta, filiorum [Lamponis] natu minimo Phylacida vincente. Contingat autem, tertium [quoque] Servatori propinantes Olympio [ut possimus] Æginam perfundere mellisonis carminibus!

[*Ant.* 1.] Si quis enim hominum, sumptuque delectatus et labore, exercet divinas vir-

I S T H M I A.

PHYLACIDÆ VICTORI

PANCRATIO.

ODE PYTHIO-JAMBICA VI.

FLorida festæ inter veluti convivia mensæ
Rite alterum cratera Musæo gravem
Nectare Lampônis soboli miscemus ob alti
Insigne specimen in palæstra roboris.
Ad Nemeam primum obtulimus tibi, Juppiter, auteô
Cum flore Pytheam lux coronæ vestiit,
Nunc vero, cum Phylacidam victoria in Isthmo
Natu minorem clarat, hunc magno maris
Libamus (1) domino, decies et quinque venustis
Nerei (2) puellis. Temperare tertium
Sic Servatori, quem jactat Olympia, detur,
Ægina ut almi melle spargatur soni.
Nam, si mortales inter quis largius auro
Lætus profuso et inclytis laboribus
Divinæ exercet virtutis munia, et actis,

(1) Neptuno, qui Isthmius appellabatur, et cui sacra erant certamina et Isthmus Corinthiacus.

(2) Nereidibus, quæ Sisyphum monuerunt, ut Isthmios ludos institueret.

Σύν τέ οἱ δαίμων φυτεύει
Δόξαν ἐπήρατον· ἐσχατιαῖς
Ἤδη πρὸς ὄλβου βάλλετ' ἄγκυ-
ραν θεότιμος ἐών.
Τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται
Ἀντιάσαις ἀΐδαν γῆ-
ράς τε δέξασθαι πολιόν
Ὁ Κλεονίκου παῖς. ἐγὼ δ' ὑψίθρονον
Κλωθὼ κασιγνήτας τε προσεν-
νέπω ἕσπεσθαι κλυταῖς
Ἀνδρὸς φίλου Μοίρας ἐφετμαῖς.

Ε. α. Κ. ιδ.

Υ̓́μμε τ', ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι,
Τέθμιόν μοι φαμὶ σαφέστατον εἶναι,
Τάνδ' ἐπιστείχοντα νᾶσον
Ῥαινέμεν εὐλογίαις.
Μυρίαι δ' ἔργων καλῶν
Τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευθοι,
Καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν,
Καὶ δι' Ὑπερβορέους. οὐδ' ἔστιν οὕτω
Βάρβαρος οὔτε παλίγγλωσσος πόλις,
Ἅτις οὐ Πηλέος ἀΐει κλέος
Ἥρωος, εὐδαίμονος γαμβροῦ Θεῶν·

Σ. β'.

---

virtutes, simulque ei fortuna serit gloriam amabilem; is jam ad ultimos fines felicitatis jacit ancoram, divinitus-honoratus. Talia studia secutus optat mortem senectamque excipere canam Cleoniei filius. Ego vero altithronam Clotho sororesque Parcas precor, ut obsequantur inclytis amici precibus.

[*Epod.* 1.] Vosque, o aureis-curribus-insignes Æacidæ, institutum mihi profiteor certissimum esse, quoties in hanc [carmine] incido insulam, adspergere laudibus. Innumeræ enim sunt facinorum præclarorum [quæ Æacidæ edidere] centum-pedes-latæ [amplissimæ] deinceps viæ et ultra Nili usque fontes et per Hyperboreos: neque est ita barbara aut a lingua nostra aliena civitas, quin Pelei audiat gloriam herois, felicis generi Deorum:

Deo serente, gloriam spectat suis
Surgere ridentem circum, jacit ille supremæ
Ad usque portum faustitatis ancoram
Splendidê honoratus cælo. Studia ista secutus,
Moresque canæ se senectæ sistere,
Atque Orco talem Cleonîci filius (1) optat,
Qualem dat acta vita. Sic celso precor
Austeram in solio Clothô, (2) furvasque sorores,
Honesta amici vota ne spernant viri.
At vos, Æacidæ auratis in curribus acres,
Stat lege fixum mi perenni jamdiu,
Vestra hymno quoties mihi tangitur Insula, semper
Laudum beatis irrigare gaudiis.
Mille etenim (3) vobis per facta corusca renident
Amplæ, nec ullâ parte disruptæ viæ
Nili ultra fontes, tractûsque sub axe Boreo
Terræ horridûm torpentis æterno gelu;
Nec gens est usquam tam barbara, tamque Pelasgæ
Adversa linguæ, Pêleos cui gloria
Herois, generique Deûm felicis ad aures
Non venerit, vel grande non sonet decus

(1) Lampon Victoris pater.
(2) Parcas orat, ut vota Lamponis secundent.
(3) Ubique terrarum facta vestra celebrantur.

Σ. βʹ. Κ. ιγʹ.

Οὐδ' ἄτις Αἴαντος Τελαμωνιάδα
Καὶ πατρός· τὸν χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον
Ἄγε σὺν Τιρυνθίοισι
Πρόφρονα σύμμαχον ἐς Τροίαν,
Ἥρωσι μόχθον, Λαομεδοντί-
αν ὑπὲρ ἀμπλακίαν
Ἐν ναυσὶν Ἀλκμήνας τέκος.
Εἷλε δὲ Περγαμίαν· πέ-
φνεν δὲ σὺν κείνῳ Μερόπων
Τ' ἔθνεα, καὶ τὸν βουβόταν οὔρεϊ ἶσον,
Φλέγραισιν εὑρὼν, Ἀλκυονῆ.
Σφετέρας δ' οὐ φείσατο
Χερσὶν βαρυφθόγγοιο νευρᾶς

Α. βʹ. Κ. ιγʹ.

Ἡρακλέης. ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων
Ἐς πλόον κήρυξε πάντων δαινυμένων.
Τὸν μὲν ἐν ῥινῷ λέοντος
Στάντα κελήσατο νεκταρέαις
Σπονδαῖσιν ἄρξαι καρτεραίχμαν
Ἀμφιτρυωνιάδαν·
Ἄνδωκε δ' αὐτῷ φέρτατος
Οἰνοδόκον φιάλαν χρυ-

σῷ

[*Str.* 2.] aut quin Ajacis Telamoniadæ et patris. Quem armis-gaudentem, ad bellum duxit cum Tirynthiis promptum belli-socium ad Trojam, heroum laborem, Laomedontium ob delictum, navibus, Alcmenæ filius. Cepitque Pergamiam [arcem,] occiditque cum illo [Telamone] Meropum gentes; et bubulcum, monti æqualem, ad Phlegras nactus Alcyonea; suoque non pepercit manibus gravisono nervo

[*Ant.* 2.] Hercules. Æacidam autem vocans ad navigandum citaverat omnibus epulantibus. Illum quidem in exuvio leonis adstantem jussit nectareis libationibus auspicari fortem Amphitruoniaden, porrexitque ipsi præstantissimus vini-capacem phialam auro horrentem Telamon. Ille vero extensis ad cælum manibus invictis prolocutus

Ajacis Telamone sati, patrisque (1) per aspra
　　Gaudentis ire bella, quem Tirynthiæ
Pubi consocians ad durum Heroibus olim
　　Trojæ laborem classe vexit Hercules
Laomedontêos ulcisci criminis ausûs.
　　Illo juvante cepit arces Ilii,
Et Meropûm occîdit gentes, furemque bubulcum
　　Proceritate corporis monti parem
Alcyoneûm Phlegræ deprensum stravit in arvis,
　　Sui nec ultor tum pepercit ignei
Arcûs stridenti nervo, jactisque sagittis
　　In turpe monstrum. Strenui porro domum
Venerat Æacidæ, hospitibus dum rite pararet
　　Dapes, et illum per maris secum vias
Convivis coram invitans, ceu præco, sonanti
　　Citarat ore consilî socium sui.
Stare simul vidit sibi cæsi in pelle (2) leonis
　　Hastæ tremendo præpotentem fulmine
Amphitryoniaden Telamon tet maximus heros,
　　Libare jussit nectaris succos statim,
Et plenam vino phialam signisque rigentem

Porrexit

(1) Telamonis, quem Hercules sibi socium adscivit in Trojano bello.

(2) Pelle Nemeæi leonis indutus Hercules Telamoni astitit, et ab eo libationem Jovi inchoare jussus est statim, ut hospitalis apud antiquos mos erat.

σῷ πεφρικυῖαν Τελαμών.
Ὁ δ' ἀνατείνας οὐρανῷ χεῖρας ἀμάχους
Αὔδασε τοιοῦτον ἔπος· εἴ
Ποτ' ἐμάν, ὦ Ζεῦ πάτερ,
Θυμῷ θέλων ἀρὰν ἄκουσας,

Ε. β'. Κ. ια'.

Νῦν σε, νῦν εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις
Λίσσομαι παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας
Ἀνδρὶ τῷδε, ξεῖνον ἀμὸν,
Μοιρίδιον τελέσαι·
Τὸν μὲν ἄῤῥηκτον φυὰν,
Ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται
Θηρὸς, ὃν πάμπρωτον ἀέθλων
Κτεῖνά ποτ' ἐν Νεμέᾳ. θυμὸς δ' ἑπέσθω.
Ταῦτ' ἄρα οἱ φαμένῳ πέμψεν Θεὸς
Ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν αἰετόν.
Ἁδεῖα δ' ἔνδον μιν ἔκνιξεν χάρις,

Σ. γ'. Κ. ιγ'.

Εἶπέν τε φωνήσαις ἅτε μάντις ἀνήρ·
Ἔσσεταί τοι παῖς ὃν αἰτεῖς, ὦ Τελαμών.
Καί νιν ὄρνιχος φανέντος
Κέκλετ' ἐπώνυμον εὐρυβίαν
Αἴαντα, λαῶν ἐν πόνοις ἔκ-
παγλον Ἐνυαλίου.

Ὥς

---

cutus est tale dictum: [preces:] Si unquam meam, o Juppiter pater, animo lubens precationem audivisti:

[*Epod.* 2.] nunc tibi, nunc precibus sacris supplico, filium animosum ex Eribœa viro huic, hospiti meo, fatis debitum exhibeas; invulnerabilem quidem corpore, quemadmodum hoc exuvium me nunc circumit feræ, quam primum omnium laborum interfeci olim Nemeæ; animusque par esto. Hæc utique illi locuto misit Deus ducem avium, magnam aquilam. Suavis vero intus ipsum titillavit voluptas

[*Str.* 3.] dixitque alta voce utpote vates: Erit tibi filius, quem petis, o Telamon; et ipsum avi, quæ apparuit, appella cognominem valde-robustum Ajacem,

inter

Porrexit auri. At ille victrices manus
Ad cælum tollens flammato corde Tonanti
Hæc dicta fudit. Si meas, Pater, preces
Unquam alias bonus audîsti, nunc impete sacro
Nunc oro supplex, ut viro tali impetres
Intrepidum a fatis Eribœâ a conjuge natum,
Nobis futuro quo fruamur hospite,
Quique hoc terrificum (1) spolium, quo vestior, ingens
Primi laboris præmium extinctâ ferâ
In saltu Nemeæ, indomitâ vi corporis acer,
Animique referat efferatâ (2) audaciâ.
Dixerat, et volucrum reginam ex æthere magnam
Demittit aquilam Numen. Intus gaudio
Têntatur dulci Alcides, et præscius altâ
Sic voce vates inquit. Optatus tibi
Natus erit, Telamon; Ajacem a nomine visæ
Voca volûcris robore insignem novo,
Et mira ancipiti patrantem in pulvere Martis.

Hæc

(1) Horrendam leonis pellem.
(2) Rogat Hercules, ut quemadmodum leonina pellis, quam gestabat, erat invulnerabilis, sic et filius Telamonis illæsus reddatur. Fertur autem Ajax toto corpore fuisse invulnerabilis, excepto latere, quod propter pharetram leonis pelle tegi non potest.

Ὥς ἄρα εἰπὼν αὐτίκα
Ἕζετ'. ἐμοὶ δὲ μακρὸν πά-
σας ἀγήσασθαι ἀρετάς.
Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον, Μοῖσα, ταμίας
Πυθέᾳ τε κώμων Εὐθυμένει
Τε. τὸν Ἀργείων τρόπον,
Εἰρήσεταί που κ' ἐν βραχίστοις.

Α. γ'. Κ. ιγ'.

Ἄραντο γὰρ νίκας ἀπὸ παγκρατίου
Τρεῖς ἀπ' Ἰσθμοῦ, τὰς δ' ἀπ' εὐφύλλου Νεμέας,
Ἀγλαοὶ παῖδές τε καὶ μά-
τρωες. ἂν δ' ἄγαγον ἐς φάος οἵ-
αν μοῖραν ὕμνων; τὰν Ψαλυχια-
δᾶν δὲ πάτραν Χαρίτων
Ἄρδοντι καλλίστᾳ δρόσῳ.
Τόν τε Θεμιστίου ὀρθώ-
σαντες οἶκον, τάνδε πόλιν
Θεοφιλῆ ναίουσι. Λάμπων δὲ, μελέταν
Ἔργοις ὀπάζων, Ἡσιόδου
Μάλα τιμᾷ τοῦτ' ἔπος,
Υἱοῖσί τε φράζων παραινεῖ,

Ε. γ'.

---

inter populos in laboribus stupendum Martis. Atque sic locutus mox consedit, Mihi vero longum foret, omnes commemorare virtutes. Phylacidæ enim veni, o Musa, dispensator Pytheæque hymnorum Euthymenique. Argivorum more dicetur utique paucissimis.

[*Ant.* 3.] Reportarunt, inquam, victorias ex pancratio tres ab isthmo, alias autem a frondosa Nemea illustres filiique et avunculi. Produxerunt autem in lucem quantam portionem hymnorum! Psalychiadarumque tribum Gratiarum irrigant pulcherrimo rore; Themistiique domo instaurata hancce urbem Deo caram inhabitant. Lampon autem, studium rebus gerendis adhibens, Hesiodi valde probat illud dictum, filiosque præcipiens [iisdem verbis] adhortatur,

Hæc ille fatus sedit illico. At mihi
Æacidûm nimis hic longum percurrere cunctas
Canore laudes. Desino. Lætos choris
Hymnos Phylacidæ, ac Pytheæ Euthymenique minister
Huc, Musa, vêni ferre. Sed dicam brevis
Argolicum decora in morem. Tria præmia ab Isthmo,
Atque alia Nemees inde frondenti e sinu
Pancratio nati illustres, et avunculus unâ
Tulêre. Quantam carminum virtutibus
Induxere suis lucem! Quam rore beato
Psalychidarum (1) Gratiis faventibus
Dulce Tribum spargunt, et, lætius instauratâ
Domo Themistî (2), nobiles caram Deo
Hanc habitant urbem: Sed Lampon rebus agundis
Intentus animo vatis eximium colit
Ascræi (3) dictum, natisque inculcat et urget

(1) Psalychidæ Æginæ tribus est, ex qua Cleonicus et Lampon cum filiis duxit originem.
(2) Themistius maternus avus.

(3) Hesiodi, cujus verba Scholiastes affert: μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει, et ille Schmidius: μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.

Ε. γ'. Κ. ιά.

Ξυνὸν ἄστεϊ κόσμον ἑῷ προσάγων.
Καὶ ξένων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται·
Μέτρα μὲν γνώμᾳ διώκων,
Μέτρα δὲ καὶ κατέχων.
Γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν.
Φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀθληταῖσιν ἔμμεν,
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις,
Χαλκοδάμαν ἀκόναν. πίσω σφε Δίρκας
Ἁγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι
Χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέ-
τειλαν παρ' εὐτειχέσιν Κάδμου πύλαις.

ΠΙΝΔ.

[*Epod.* 3.] commune civitati decus suo [decore] adducens. Etiam ob benefacta in hospites amatur; modum animo persequens, modumque etiam [re] servans; linguaque non a mente aliena. Dicas illum virum inter athletas, esse Naxiam, lapides inter alios, æris-domitricem cotem. Rigabo eos Dirces pura aqua, quam alte-succinctæ filiæ aurea-veste-ornatæ Mnemosynes produxerunt juxta bene-muratas Cadmi portas.

Sibi suæque ferre lumen patriæ.
Delicium hospitibus fulget: modus optimus olli
Ardente petitur corde, servatur modus
In cunctis constans, nec menti devia lingua est.
Inter feroces æmulos hunc (1) Naxiam
Tu cotem ferri domitricem dixeris, omnes
Virtute lapides una quæ vincit suâ.
Iure ego victores roravi puriter undâ
Lucente Dirces, alticinctæ quam mihi
Natæ Mnêmosynes auratâ in veste nitentis
Superba Cadmi protulêre ad mœnia.

(1) Una ex Cycladibus insula Naxus est cotum præstantia celebris.

ISTHMIÆ SEPTIMÆ

ARGUMENTUM.

Laudatur hic Strepsiades Thebanus, nepos materni avunculi cognominis, cujus fortitudo in Salaminia pugna gloriosam mortem consecuta est. Pancratio vicit in Isthmo Corinthiaco, eamque sibi et patriæ gloriam strenua virtute peperit, ut inter Heroas Thebanos Bacchum, Perseum, Herculem, Jolaum, Cadmum, Tiresiam et Adrasti victores a Pindaro numeretur. Sed quia præclara facta oblivione obruuntur, nisi a poetis illustrentur carmine, ita oportet solemnem choream cum hymno Strepsiadæ institui, cujus robur stupendum corporis et animi æquavit aspectum formæ, et avunculo fortissimo bellatori parem fecit Athletam. Ut enim ille Meleagrum, Hectorem et Amphiaraum imitatus est in prælio, et animam in florida ætate pro patria occumbens effudit, sic iste in ludi certamine Heroas patriæ, et avunculum in primis æmulari studuit animose pugnans, ut victoriam referret. Pulcrum est pro patria in bello mori, sed non omnes ad militandum nati sunt, et in alio vitæ genere mori possunt illustres, ut Pindarus in poesi, ad quam factus est, quamque impellente natura ad studium cantus sectatur a re militari abhorrens, quæ infausta illi futura esset, ut Bellerophonti, qui vetitum affectans honorem præcipitatus e cælo fuit. Non enim sunt tentanda majora viribus et inconcessa, sed quisque sortem fato datam sequi debet et innatam propensionem. Sic avunculus inter arma gloriosus exstitit, et nepos in palæstra sibi nomen condidit immortale donatus a Neptuno victoria, quam poeta post hiemem belli celebrat, ut luctum interempti Herois mitiget. Orat autem Nemesin, ne invideat poetæ munus divinitus susceptum, sed illud ipsi propitia usque ad ultimam senectutem vitæque finem perpetuet. Nam æque omnes morimur, quamvis aliis alia excedendum morte sit. Si quis porro felicitatem, quæ in ejus sortem non cadit,

prave

prave appetit, infelicem maneat is exitum vitæ cum magno suo damno atque malo. Strepsiades contra recens victor Athleticis modeste intentus laboribus prosperum in Isthmo successum habuit, prosperiorem brevi ab Apolline in Pythiis ludis precante Pindaro habiturus.

ISTHMIA.

εἶδος ζ'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗͺ ΘΗΒΑΙΩͺ

παγκρατίῳ.

Σ. ά. Κ. ή.

Τίνι τῶν πάρος, ὦ μάκαιρα Θήβα,
Καλῶν ἐπιχωρίων μάλιστα θυμὸν τεὸν
Εὔφρανας; ἦ ῥα χαλκοκρότου πάρεδρον
Δαμάτερος ἀνίκ' εὐρυχαίταν
Ἄντειλας Διόνυσον; ἢ
Χρυσῷ μεσονύκτιον
Νίφοντα δεξαμένα
Τὸν φέρτατον Θεῶν,

Α. ά. Κ. ή.

Ὁπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις
Σταθεὶς ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείοις γοναῖς;
Ἤ ὅτ' ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς;
Ἤ ὅτ' ἀμφ' Ἰόλαον ἱππόμητιν;
Ἢ Σπαρτῶν ἀκαμαντολογ-
χᾶν; ἢ ὅτε καρτερᾶς
Ἄδραστον ἐξ ἀλαλᾶς

Ἄμπεμ-

ISTHMIA VII.

[*Str.* 1.] Quonam priscorum, o beata [Dea] Theba, decorum patriorum maxime animum tuum oblectasti? Num æreis-cymbalis-strepentis assessorem Cereris quando comatum in lucem edidisti Bacchum? an aurum medis nocte ningentem quum-excepisti præstantissimum Deorum, [Jovem,]

[*Ant.* 1.] quando Amphitruonis in foribus stans [domum ingressus] uxorem convenit Herculeo semine? an quum Tiresiæ sollertibus consiliis? an quum Jolao rei-equestris-perito? an Satis [Thebanis] invictis-hasta [animum oblectasti]? an quum acri Adrastum ex tumultu-belli remisisti, orbatum

I S T H M I A.

STREPSIADÆ THEBANO

VICTORI PANCRATIO.

ODE PYTHIO-JAMBICA VII.

Quid tibi tot decorum, queis priscâ ab origine fulges,
Beata Thebe, gaudio
Præ reliquis pectus mulsit? Num, quando comantem
Dedisti in oras luminis
Bacchum, qui Cereri tinnitûs inter (1) et æra
Jucundus adsidet comes?
An summum mediâ quando de nocte Deorum
In aureâ lapsum (2) nive
Excepisti, altis cum sedibus Amphitryonis
Astans adiret conjugem
Herculis invicto cum semine? An, optima prudens
Cum dona consilî tibi
Tiresias fudit? Vel mirâ Jolaus ab arte
Cum rexit audaces equos?
Vel, quando anguigenæ (3) cessare negantibus acrem
Lusêre ludum lanceis?
Vel, quando e pugnæ clamoribus atque tumultu
Equestre ad Argos turpiter

Adra-

(1) In Cereris sacris ærea cymbala pulsabantur, quod olim filiam quæritans cum tinnitu cymbalorum huc et illuc cursitaret.

(2) Ostento aureæ nivis a poeta veteri indicabatur adventus Jovis. Sic aureo Juppiter cum imbre ad Danaen venit; sic natales Minervæ eodem prodigio ornavit in insula Rhodo.

(3) Sati a Cadmo milites, qui tam seriter inter se pugnarunt, ut quinque solum superstites remanerent ad novam urbem condendam.

Ἄμπεμψας ὀρφανὸν

E. ά. K. ή.

Μυρίων ἑτάρων ἐς Ἄργος ἵππιον;
Ἦ Δωρίδ' ἀποικίαν οὕνεκ' ὀρθῷ
Ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων; ἕλον δ' Ἀμύκλας
Αἰγεῖδαι σέθεν ἔκγονοι,
Μαντεύμασι Πυθίοις;
Ἀλλὰ παλαιὰ γὰρ εὕδει
Χάρις, ἀμνάμονες δὲ βροτοὶ,

Σ. β'. K. ή.

Ὅ τι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον
Κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ἐξίκηται ζυγέν.
Κώμαζ' ἔπειτ' ἂρ ἁδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ
Καὶ Στρεψιάδᾳ. φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ
Νίκαν παγκρατίου σθένει
Τ' ἔκπαγλος ἰδεῖν τε μορ-
φάεις. ἄγει τ' ἀρετὰν
Οὐκ αἴσχιον φυᾶς.

A. β'. K. ή.

Φλέγεται δ' ἰοβοστρύχοισι Μοίσαις,
Μάτρωΐ θ' ὁμωνύμῳ δέδωκε κοινὸν θάλος,
Χάλκασπις ᾧ πότμον μὲν Ἄρης ἔμιξε·

Τιμά

[*Epod.* 1.] innumeris sociis, ad Argos equestre? an Doricam coloniam quando firmo constituisti talo [firma collocasti sede] Lacedæmoniorum? ceperuntque Amyclas Ægidæ tui filii [Thebanorum tribus] oraculis Pythicis? Enimvero antiquum obdormiscit decus, immemoresque [ejus] fiunt mortales,

[*Str.* 2.] quicquid non sapientiæ florem summum [poetæ artem exquisitiorem] assecutum fuerit, ut inclytis carminum rivis admisceatur. [carminibus celebretur.] Choreas-institue igitur, dulcisono cum hymno, etiam Strepsiadæ. Reportat enim ex Isthmo victoriam pancratii, roboreque stupendus adspectuque formosus; habetque virtutem non deteriorem corpore;

[*Ant.* 2.] illustraturque per violaceis-comis-ornatas Musas; avunculoque cognomini attulit

Adrastum multis sociorum millibus orbum
    Victrix remisisti ducem?
An Lacedæmonii (1) cum firmo in robore tali
    Turbam locasti Doriam,
Ægidæve (2) tuus sanguis cum Pythia certi
    Per dicta Amyclas ceperant?
At decus antiquum dormit, nec gratia vivax
    Mortalium menti sedet,
Florida ni vatum sapientia mellifluenti
    Perfundat acta carmine.
Ergo et Strepsiadæ choreas, mens instrue nostra,
    Hymnique jucundum melos.
Pancratio siquidem Victor cælestia portat
    Neptuni ab Isthmo præmia
Membrorum vi mirandus, formosus et ore,
    Nec tanta Naturæ bona
Indecorat virtute minor. Musæ inde superbum
    Cirris venustæ lûteis
Luce suâ radiant cognominis inclyta facta
    Avunculi ornantes simul,
Quem Mavors nuper clypeo præsignis aheno
    Claravit exstinctum nece.

 Est

(1) In sede firma Lacedæmoniorum locasti, quæ per talum significatur, quo nititur totum corpus.

(2) Ægidæ Thebani Heraclidis ad occupandam Peloponnesum comites se adjunxerant, et in Laconia subjuganda suam illis præstiterant operam Phœbi oraculo confirmati.

Τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται.
Ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅς τις ἐν
Ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλα-
  ζαν αἵματος πρὸς φίλας
Πάτρας ἀμύνεται,

E. β.' K. ή.

Λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ,
Ἀστῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων
Ζώων τ' ἄπο καὶ θανών.
Τὺ δὲ, Διοδότοιο παῖ, μαχατὰν
Αἰνέων Μελέαγρον, αἰ-
  νέων δὲ καὶ Ἕκτορα
Ἀμφιάραόν τε, εὐαν-
  θέ' ἀπέπνευσας ἁλικίαν

Σ. γ'. K. ή.

Προμάχων ἀν' ὅμιλον, ἔνθ' ἄριστοι
Ἔσχον πολέμοιο νεῖκος ἐσχάταις ἐλπίσιν.
Ἔτλαν δὲ πένθος οὐ φατον. ἀλλὰ νῦν μοι
Γαιάοχος εὐδίαν ὄπασσεν
Ἐκ χειμῶνος. ἀείσομαι
Χαίταν στεφάνοισιν ἁρ-
  μόζων. ὁ δ' Ἀθανάτων

Μὴ

---

attulit commune decus; æreo-clypeo-insignis cui mortem Mars intulit. Sed gloria bonis reposita est. Sciat enim certo, quicumque in hac nube grandinem cædis a cara patria propulsat,

[*Epod.* 2.] exitium avertens in hostilem exercitum, apud cives stirpi maximam gloriam [se] accumulare tam viventem quam mortuum. Tu vero, o Diodoti fili, bellicosum æmulans Meleagrum, æmulansque Hectorem atque Amphiaraum, floridam exspirasti ætatem,

[*Str.* 3.] antesignanorum in turba, ubi fortissimi sustinuerunt belli contentionem extrema spe. Pertuli tum luctum infandum. At nunc mihi terram-continens [Neptunus] serenitatem præbuit post hiemem. Cantabo comam [victoris] coronis aptans. At Immortalium ne conturbet invidia

Est in conspectu positus, magnisque renidet
Virtutibus merces Honor.
Hoc certo sciat ille igitur, quicumque cruentam
E nube belli grandinem
Dilectæ avertit patriæ, exitiumque minantes
In hostium immittit globos,
Se decus immensum, tedeat seu vivus ab armis,
Seu cæsus occumbat, suæ
Laturum stirpi per cives usque futuris
Volante seclis nomine.
Sic tu belligeros Meleagri atque Hectoris ignes,
Et vatis Argivi grave
Exemplum spectans extremum fortitet ævi
Florentis efflasti halitum,
Maxima Diodoti (1) proles, ubi in ordine primo
Fortissimorum flammea
Pugnam sustinuit virtus spe fulta supremâ,
Quæ mortis offert gloriam.
Qui me tum casu mœror (2) lacerarit acerbo,
Haud lingua sat dicet mea.
Sed mihi qui vastis tellurem amplectitur ulnis,
Videre nunc lætos dedit
Atram post hiemem soles. Cantabo solutus
Nunc ipse curis, et comæ
Victoris nectam Aoniæ nova serta coronæ.

(1) Strepsiades avunculus Victoris.
(2) Pindarus magnum luctum ex Strepsiadis morte suscepit, sed Isthmia victoria nepotis favente Neptuno recreatus est.

Μὴ θρασσέτω φθόνος,

Α. γ'. Κ. η.

Ὅτι τερπνὸν ἐφάμερον διώκων
Ἕκαλος ἔπειμι, γῆρας ἔς τε τὸν μόρσιμον
Αἰῶνα. θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες·
Δαίμων δ' ἄισος· τὰ μακρὰ δ' εἴ τις
Παπταίνει, βραχὺς ἐξικέ-
σθαι χαλκόπεδον Θεῶν
Ἕδραν· ὅτι πτερόεις
Ἔρριψε Πάγασος

Ε. γ'. Κ. η.

Δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς
Ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν
Ζηνός. τὸ δὲ πὰρ δίκαν
Γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά.
Ἄμμιν δ', ὦ χρυσέᾳ κόμᾳ
Θάλλων, πόρε, Λοξία,
Τεαῖσιν ἁμίλλαισιν εὐαν-
θέα καὶ Πυθοῖ στέφανον.

ΠΙΝΔ.

[*Ant.* 3.] [hoc meum studium:] quod jucunditatem quoque-die-oblatam sectans tranquillus accedo ad senectutem fataleque ævum. Morimur enim pariter omnes, etsi fortuna sit inæqualis. Longinqua vero quisquis spectat, imbecillior [erit, imbecilliorem se esse sentiet,] quam ut pervenire possit ad æream Deorum sedem; quum alatus excusserit Pegasus

[*Epod.* 3.] dominum volentem in cæli regiones contendere ad concilium Bellerophontem Jovis. Injustam vero voluptatem acerbissimus manet exitus. Nobis vero, o aurea-coma-florens, præbe, Loxia, tuis etiam Pythone certaminibus floridam coronam,

Ne turbet hoc livor (1) Deûm
Mi studium, oblatæ dum gaudia sortis euntes
Jucunda sector in dies,
Et placidê accedo senium, vitæque caducæ
Fatale tempus transigo.
Quippe omnes morimur pariter, licet undique dispar
Fortuna sit nobis data.
Quî longinqua nimis stimulante cupidine anhelat,
Infirmiore sentiat
Se nîti pede, nec stulto pertingere Divûm
Posse æream nisu domum.
Dorso alatus herum sonipes excussit in alta
Cæli volentem surgere
Bellerophonta, et inaccesso super astra sedentis
Astare concilio Jovis.
Infandus male quæsitam fas præter et æquum
Manet voluptatem exitus.
Tu vero, cui lucenti coma fluctuat auro,
Da, quæso, nobis Loxiâ,
Ferre quoque e stadio Pythûs ardente coruscam
Novis coronam floribus.

(1) Nemesis nempe, quæ nimis elata et evecta ultra communem modum tanquam ex invidentia evertit. Ita Heynius interpretatur, et illustrat sententiam poetæ.

ISTHMIÆ OCTAVÆ ET ULTIMÆ

ARGUMENTUM.

INvitat Pindarus juvenes poetas ad celebrandum Cleandrum Æginetam Telesarchi filium, qui pancratio vicit ad Isthmum et Nemeam, in Pythiis et Megarensibus et Epidauriis ludis æmulatus Nicoclem patruum, qui Isthmiacam apii coronam retulerat. Tanta vero Cleandri Victoris gloria est, ut illam Lyricus, quamvis transacti belli calamitatem adhuc doleat, non possit exsortem cantus relinquere liberata jam Græcia ab horribili Xerse, et prospera rerum exitu postulante lætitiam. Sanat enim omnia mala recuperata libertas, animusque præteriti doloris immemor et futuri securus præsentem statum in incerta rerum vicissitudine amplecti debet. Quare carmen jam solutus curis sibi esse texendum Poeta judicat, tum quia rogatus est, tum quia Thebanus civis Æginetam consanguineum laudare debet. Nam Thebe et Ægina Asopi filiæ natu minimæ utrique genti dedere originem, illa a Jove in urbe cognomine præfecta curribus belli et certaminibus, hæc autem Ænopiam in insulam translata, ubi Æacum peperit mortalium omnium præstantissimum et filiis nepotibusque eximiis auctum, qui temperantia et prudentia Deorum gratiam sibi conciliarunt. Cum enim Juppiter et Neptunus ob Thetidis nuptias, quam uterque appetebat, inter se contenderent, litem Themis diremit oraculo destinatam fato pronuntians Peleo Æaci filio marinam Deam. Assensere Themidi amantes Dii, et nympham eessere mortali educandum Chironi magistro daturam filium, cujus virtutem juvenilem apud ignaros et indoctos summis laudibus illustrabunt poetæ sapientissimi, et virilis facta fortitudinis ostendent posteris in Telepho vulnerato, in Helena Atridis reddita, in Trojæ proceribus excisis hasta, in Memnone et Hectore aliisque ducibus, quos Achilles ad Proserpinæ regnum mittet. Morietur tamen et ipse a mortali prognatus patre; sed illum mortuum Heliconiæ virgines cantu lugubri

lugubri rogo astantes honestabunt. Cælo enim placuit Heroa magnum etiam mortuum Dearum hymnis tradere. Quod Pindarus nunc exequi statuit in laudem Nicoclis patrui, qui e vivis excessit, Musaum currum instruens ad Isthmiam celebrandam victoriam strenui pugilis, postquam alias minus celebres in finitimis urbibus pancratio luctans reportarat. Laus siquidem patrui in nepotem etiam Cleandrum redundat, suis et ipsum victoriis illustrem, ac recente præsertim Isthmia, qua myrti coronam meruit et ingenui poeta prædicationem. Non enim ille a patruo degenerans suam in tenebris juventutem trivit sine gloria factorum, qua clarus fieret. Ornatur itaque a Pindaro luce triplici decorum, claritudine nimirum Æginæ patriæ, virtute domestica, propriisque victoriarum honoribus. Ægina Heroum parens heroem dedit in Cleandro, patruus Nicocles nepotem sibi similem, et insita Athletæ fortitudo immortalem victoriam.

ISTHMIA.

εἶδος η'.

ΚΛΕΑΝΔΡῼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ.

Διαίρεσις α'. Κ. κβ'.

Κλεάνδρῳ τις ἁλικίᾳ τε λύτρον
Εὔδοξον, ὦ νέοι, καμάτων,
Πατρὸς ἀγλαὸν Τελεσάρχου
Παρὰ πρόθυρον, ἰὼν ἀγειρέτω
Κῶμον, Ἰσθμιάδος τε νίκας
Ἄποινα καὶ Νεμέᾳ
Ἀέθλων ὅτι κράτος
Ἐξεῦρε. τῷ καὶ ἐγὼ,
Καίπερ ἀχνύμενος
Θυμὸν, αἰτέομαι
Χρυσέαν καλέσαι
Μοῖσαν. ἐκ μεγάλων
Δὲ πενθέων λυθέντες,
Μή τ' ἐν ὀρφανίᾳ πέσωμεν
Στεφάνων, μή τε κά-
δεα θεράπευε· παυ-

σάμενοι

ISTHMIA. VIII.

[*Diaeresis* 1.] Cleandro quispiam juventutique [ejus] pretium inclytum, o Juvenes, laborum, patris splendidum Telesarchi ad vestibulum progressus, congregato chorum, et Isthmicae victoriae praemium, et Nemeae quod certaminum victoriam adeptus est. In cujus gratiam et ego, quamvis moestus animo, postulor auream invocare Musam. A magnis vero luctibus liberati neque in orbitatem incidamus coronarum! neque moerores fove [anime mi]! sed dimissis inutilibus aerumnis, dulce aliquid in publi-

cum

ISTHMIA.

CLEANDRO ÆGINETÆ

VICTORI PANCRATIO.

ODE ALCMANIO-EURIPIDEA VIII.

EJA, puberes poetæ,
Puberum clarissimo
Quis Cleandro eunte pompâ
Lucidum ad limen patris
Fervidæ junctum choreæ
Suscitate canticum,
Suâve lenimen laborum
Præmiumque nobile,
Quod superbus ille in Isthmo
Victor, et Nemeæ solo
Duplicis sibi coronæ
Lumen induxit comis.
Ipse cordis ipse tristi
Pressus (1) ægrimoniâ
Auream vocare Musam
Strenuo poscor viro.
Luctuosis ergo rerum
Liberati angustiis,
Orba cantu ne sinamus
Serta linqui fortium,
Neve, meus, doloris ultra
Mœstitudinem fove;

(1) Propter calamitatem belli Persici, quæ multos amicos Pindari et Cleandri necessarios in acie perdidit.

σάμενοι δ' ἀπρήκτων κακῶν
Γλυκύ τι δαμωσόμεθα
Καὶ μετὰ πόνον· ἐπειδὴ
Τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς
Γε Ταντάλου λίθον παρά τις ἔ-
τρεψεν ἄμμι Θεός,

Δ. β'. Κ. κβ'.

Α'τόλματον Ε'λλάδι μόχθον· ἀλλ' ἐ-
μοὶ δεῖμα μὲν παροιχόμενον
Καρτερὰν ἔπαυσε μέριμναν.
Τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον αἰεὶ
Χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν
Ε'π' ἀνδράσι κρέμαται,
Ε'λίσσων βιότου πόρον.
Ι'ατὰ δ' ἔστι βροτοῖς
Σύν γ' ἐλευθερίᾳ
Καὶ τά. χρὴ δ' ἀγαθὰν
Ε'λπίδ' ἀνδρὶ μέλειν.
Χρὴ δ' ἐν ἑπταπύλοι-
σι Θήβαις τραφέντα
Αἰγίνᾳ χαρίτων ἄωτον

Προνέμειν.

---

cum proferamus, etiam post calamitatem. Quandoquidem capiti impendens Tantali saxum aliquis avertit a nobis Deus,

[*Dier.* 2.] ingentem Græciæ laborem. At mihi metus sublatus gravem levat sollicitudinem. Resque præsens qualibet præstat semper. Dolosum enim ævum [incerta fortuna] hominibus impendet, accelerans vitæ cursum. Sanabilia tamen sunt mortalibus salva libertate etiam illa, oportetque bonam spem hominem fovere. Fas vero est, in septiportibus Thebis educatum [me] Æginæ hymnorum decus præ [aliis] tribuere;

Sed, minantium pericla
Cum malorum cesserint
Irritis soluta cœptis,
Proferamus et gravem
Post laborem, quod quietis
Dulce in urbibus sonet.
Tantali (1) nam fausta saxum
Numinis clementia
Pendulum nostris removit
Jam procul cervicibus,
Horridam ærumnam, nec uni
Sustinendam Græciæ,
Et mihi jam pulsus acrem
Sustulit curam metus.
Quod pedes stat ante, semper
Præstat amplecti bonum.
Fraudulentum quippe gentes
Tempus (2) impendet super,
Et brevem vitam perenni
Volvit ac rotat vice.
Hic tamen sanare acerba
Quælibet mortalibus
Alma libertas, bonæque
Spiritus valet Spei.
Editum sed urbe Thebes,
Urbe septenis procul
Splendidâ portis, oportet
Me propinquæ (3) nexili
Gratiarum flore textum

(1) Malum belli *Tantali saxum* vocat ob ingentem periculi sollicitudinem.

(2) Tempus hic tanquam persona est, quæ perpetua vice humanam vitam exercet.

(3) Ægina propinqua dicitur, quia Thebes est soror.

Προνέμειν· πατρὸς οὕ-
νεκα δίδυμαι γένον-
το θυγάτρες Ἀσωπίδων
Θ' ὁπλόταται, Ζηνί θ' ἅ-
δον βασιλῆϊ. ὃ τὰν μὲν
Παρὰ καλλιρόῳ
Δίρκᾳ φιλαρμάτου πόλιος ᾤ-
κισσεν ἁγεμόνα·

Δ. γ'. Κ. κβ'.

Σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκὼν
Κοιμᾶτο, δῖον ἔνθα τέκες
Αἰακὸν βαρυσφαράγῳ πα-
τρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων· ὃ καί
Δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραι-
νε. τοῦ μὲν ἀντίθεοι
Ἀρίστευον υἱέες
Υἱέων τ' ἀρηΐφιλοι
Παῖδες ἀνορέᾳ
Χάλκεον στονόεν-
τ' ἀμφέπειν ὅμαδον·

Σώφρονές

---

buere; patris siquidem [ejus] geminæ fuerunt filiæ Asopidumque natu minimæ, Jovique placuerunt regi. Qui alteram quidem [Theben] apud pulcrifluam Dircem curruum-studiosæ urbis coostituit præsidem;

[*Diær.* 3.] tecum vero [o Ægina] in insulam Œnopiam translata dormivit; divinom ubi peperisti Æacum gravistrepo patri, hooratissimum inter mortales; qui etiam Deorum lites decidit. Cujus quidem Diis-pares excelluerunt filii, nepotesque bellicosi fortitudine in æreo luctuoso subeundo strepitu belli; sapieotesque fuerunt, pru-

Pignus Æginæ dare.
Filiæ gemella proles,
Ultimæque Asôpidûm
Patris unius vetusto
Prodiêre e sanguine,
Et suâ cepêre formâ
Regis ambæ cor Jovis.
Urbis ille bellicosæ
Curribus Theben dedit
Præsidem juxtâ vetustæ
Vitream Dirces aquam,
Te, decens Ægina, porro
Traxit Atticæ in sinum
Insulæ (1), tecumque somni
Blanda carpsit gaudia.
Mater illic edidisti
Magna perterricrepo
Æacon dîum Tonanti.
Nullus illo sanctior
Incolis terræ, nec ipsis
Alter est Cælestibus
Civium æquiore visus
Jure lites solvere.
Orti ab illo gloriosis
Liberi (2) pares Deis,
Ducti et indidem (3) nepotes
Martis igne fervidi
Inter omnes eminebant,
Et subibant principes
Hac et illac ingruentem

Lugubris

(1) Oenopiæ.
(2) Peleus et Telamon.
(3) Achilles et Ajax.

Σώφρονές τ' ἐγένον-
το πινυτοί τε θυμόν.
Ταῦτα καὶ Μακάρων ἐμέμνατ-
τ' ἀγοραί, Ζεὺς ὅτ' ἀμ-
φὶ Θέτιος ἀγλαός
Τ' ἔρισαν Ποσειδᾶν γάμῳ,
Ἄλοχον εὐειδέα θέ-
λων ἑκάτερος ἑὰν ἔμ-
μεν· ἔρως γὰρ ἔχεν.
Ἀλλ' οὔ σφιν ἄμβροτοι τέλεσαν εὐ-
νὰν Θεῶν πραπίδες,

Δ. δ'. Κ. κβ'.

Ἐπεὶ θεσφάτων ἤκουσαν. εἶπε
Δ' εὔβουλος ἐν μέσοισι Θέμις·
Εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν, φέρ-
τερον γόνον ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν
Ποντίαν Θεόν, ὃς κεραυνοῦ
Τε κρέσσον ἄλλο βέλος

Διώξει

prudentesque animo. Hæc etiam Deorum meminerunt concilia, [ex eo adhuc tempore] Juppiter quando illustrisque Neptunus de Thetidis contendebant nuptiis, uxorem formosam cum vellet uterque suam esse. Amor enim [ejus] tenebat [eos]. Sed non ipsorum immortales perfecerunt conjugium Deorum mentes,

[*Diær.* 4.] postquam oracula audiverant. Dixit enim consilio-valens in medio ipsorum Themis: fatale esse, filium Deum præstantiorem patre ut pariat marina Dea, qui et fulmine potentius aliud telum agitaturus sit manu, et tridente invicto, si cum

Lugubris pugnæ impetum,
Æris et fictum sonantis;
Excitos cupidinum
Usque motûs continenti
Temperabant indole,
Providique dirigebant
Cuncta luce consilî.
Has beatorum vel ipse
Numinum cætus memor
Mente virtutes revolvit,
Cum marinæ Juppiter,
Magnus et sali Tyrannus
De puellæ nuptiis
Lite certarent uterque
Gestiens pulcram sibi
Jungere uxorem premente
Corda amoris spiculo.
Ille at omnis acquievit
Ardor Immortalium,
Ut suis adversa votis
Audiêre oracula.
Namque prudens in Deorum
Fata consessu (1) Themis
Stare fixum lege Fati
Nuntiavit, cærula
Ut beati sorte partûs
Promeret natum Dea,
Qui suo parente major
Alterum valentius
Fulmine, invictâque telum

Fuscinâ

(1) Themis Dea honestatis, et ipsa providentia divina.

Διώξει χερὶ τριό-
  δοντός τ' ἀμαιμακέτου,
Δί' μισγομέναν
Ἢ Διὸς παρ' ἀδελ-
  φοῖσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν
Παύσατε. βροτέων
Δὲ λεχέων τυχοῖσα
Υἱὸν εἰσιδέτω θανόντ' ἐν
Πολέμῳ, Ἄρεϊ
Χέρας ἐναλίγκιον
Στεροπαῖσί τ' ἀκμὰν ποδῶν.
Τὸ μὲν ἐμὸν, Πηλεῖ θεό-
  μοιρον ὀπάσσαι γάμου Αἰ-
  ακίδᾳ γέρας, ὅν
Τε εὐσεβέστατόν φασ' Ἰαωλ-
  κοῦ τράφειν πεδίον.

Δ. ί. Κ. κβ'.

Ἰόντων δ' ἐς ἄφθιτον ἄντρον εὐθὺς
Χείρωνος αὐτίκ' ἀγγελίαι·
Μηδὲ Νηρέος θυγάτηρ νει-
  κέων πέταλα δὶς ἐγγυαλιζέτω
Ἄμμιν· ἐν διχομηνίδεσσι
Δὲ ἑσπέραις ἐρατὸν
Λύοι κεν χαλινὸν ὑ-
  φ' ἥρωι παρθενίας.

Ὡς

---

cum Jove [illa] coocumbat aut Jovis cum fratre. Itaque hæc [pergit illa] missa facite. Mortalem autem torum sortita filium videat ioteremptum bello, Marti manibus similem, fulguribusque vigore pedum. Mea quidem voluntas est, Peleo divinum concedere ouptiarum Æacidæ præmium, quem religiosissimum ajunt Jolci alere solum.

[*Diær.* 5.] Eant autem ad divinum antrum Chiroois recta statim nunciæ; neque Nerei filia contentionum folia [sententias discrepaotes: rixandi inter nos Deos materiem] iterum præbeat nobis; pleniluniique vespera amabile solvat [illa] frænum sub

Fuscinâ per ætheris,
Et maris tractûs tremendâ
Rex vibraret dexterâ,
Juncta si Jovi marito,
Vel Jovis Fratri foret.
Æstuantis, vos amantes,
Ergo cauti rumpite
Cœpta mentis. Sortiatur
Diva mortalem torum,
Et manu Marti, citoque
Fulguri æqualem pede
Interemptum lacrymoso
Spectet ictu (1) filium.
Ipsa Pêlêo destinatum
Nuptialis censeo
Præmium præsigne honoris
Æaci nato dari,
Qui pios inter, quot almo
Nutriit ferax sinu
Terra Jolci, fertur unus
Ire summus omnium.
Ad sacrum Chironis (2) antrum
Nuntius statim volet,
Nata nec Nêreô puella
Rursus in nobis serat
Litium causas, sed, orbe
Luna cum pleno micat,
Roscidæque monstrat ortus
Noctis ignes Hesperus,
Dulcis Heroi, placensque

 Virgi-

(1) Achillem.

(2) Ibi enim celebrandæ erant Pelei et Thetidis nuptiæ.

Ὥς φάτο Κρονίδαις
Ἐννέποισα Θεά.
Τοὶ δ' ἐπὶ γλεφάροις
Νεῦσαν ἀθανάτοι-
σιν. ἐπέων δὲ καρπὸς
Οὐ κατέφθινε. φαντὶ γὰρ συν-
αλέγειν καὶ γάμον
Θέτιος Ἄνακτα· καὶ
Νέαν ἀνέδειξαν σοφῶν
Στόματ' ἀπείροις ἀρε-
τὰν Ἀχιλλέος· ὃ καὶ Μύ-
σιον ἀμπελόεν
Αἵμαξε Τηλέφου μέλανι ῥαί-
νων φόνῳ πεδίον·

Δ. ς'. Κ. κβ'.

Γεφύρωσέ τ' Ἀτρειάδαισι νόστον·
Ἑλέναν τ' ἐλύσατο, Τρωίας
Ἶνας ἐκταμὼν δορί, ταί μιν
Ῥύοντό ποτ' ἐν μάχας ἐναριμβρότου
Ἔργον ἐν πεδίῳ κορύσσον-
τα, Μέμνονός τε βίαν

Τἐρ-

sub heroe virginitatis. Sic dixit Saturniis locuta Dea. Illi vero superciliis annuerunt immortalibus: verborumque [ejus] fructus non periit. Ajunt enim una-curasse et nuptias Thetidis regem [Jovem]; et juvenilem illustrarunt poetarum ora ignaris virtutem Achillis: qui et Mysium vitiferum cruentavit, Telephi atro adspergens cruore campum;

[*Dier.* 6.] et construxit Atridis reditum, Helenamque redemit, Trojanos nervos [fortissimos Trojanorum heroes] cum excidisset hasta, qui eum averterant nonnunquam a pugna homicida prœlium campo molientem, Memnonisque robur [Memnonem] super-

Virginale candidi
Vinculum laxet pudoris.
Talibus Saturnios
Allocuta diva fratres
Sedir, et supercilî
Ter probante uterque dictis
Annuerunt momine.
Nec cadens vocis fefellit
Sensa fructus aurea.
Namque solemnes et ipsum
Nuptias Nêrêiæ
Virginis curasse regum
Maximum regem ferunt,
Et Sophorum ubique linguas
Insciis Achillei
Facta puberis stupenda
Prodidisse gentibus.
Ille viribus decôrum
Mysiæ campum nigro
Telephi cruore tinxit,
Ponte lætum condito
Stravit Atrîdis regressum,
Reddiditque regio
Cunjugem sponso recîdens
Hastâ inexpugnabili
Ilii nervos (1), ab asprâ
Strage qui mortalium
Pellere instabant patenti
Prœliantem in æquore,
Memnonem fastu superbum,

(1) Memnonem scilicet atque Hectorem aliosque duces, qui Trojam defendebant.

Ὑπέρθυμον Ἕκτορά
Τ' ἄλλους τ' ἀριστέας· οἷς
Δῶμα Περσεφόνας
Μανύων Ἀχιλεύς,
Οὖρος Αἰακιδᾶν,
Αἴγιναν σφετέραν
Τε ῥίζαν πρόφαινε.
Τὸν μὲν οὔτε θανόντ' ἀοιδαὶ
Ἔλιπόν γ'· ἀλλά οἱ
Παρά τε πυρὰν τάφον
Θ' Ἑλικώνιαι παρθένοι
Ἔσταν, ἐπὶ θρῆνόν τε πο-
λύφαμον ἔχευαν. ἔδοξεν
Ἆρα δ' Ἀθανάτοις,
Ἐσλόν γε φῶτα καὶ φθίμενον ὕ-
μνοις Θεᾶν διδόμεν.

Δ. ζ. Κ. κβ'.

Τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον· ἔσσυταί τε
Μοισαῖον ἅρμα Νικοκλέους
Μνᾶμα πυγμάχου κελαδῆσαι,
Γεραραί τέ μιν, ὃς Ἴσθμιον ἂν ἀπὸ
Δωρίων ἔλαχεν σελίνων·

Ἐπεὶ

superbum, Hectoremque aliosque principes, quibus domum Proserpinæ monstrans Achilles, princeps Æacidarum, Æginam suamque stirpem illustravit. Quem ne mortuum quidem carmina destituerunt; sed juxta ejus rogum sepulcrumque Heliconiæ virgines steterunt; lamentationemqua celebrem affuderunt. Placuit nimirum Immortalibus, fortem virum etiam mortuum hymnis Dearum tradere.

[*Dicer. 7.*] Quod et nunc habet rationem: [non minus valet:] properatque Musarum currus ad Nicoclis monumentum pugilis canendum, honorandumque eum, qui Isthmicam [coronam] e Doricis nactus est apiis; postquam finitimos vicerat olim idem

Præpotentem et Hectora,
Alteros duces et inde,
Queis Proserpinæ domum
Luridam furvamque monstrans
Æaci princeps nepos,
Laudis et custos avitæ
Fulgurante posteris
Nomen Æginæ, suumque
Luce perfudit genus.
Nec canora morte functum
Dereliquit gratia;
Sed regales propter ignes,
Et sepulcrum turbidæ
Virgines stetêre Pindi,
Flebilique neniâ
Nobilem incendêre luctum.
Nempe Diis visum viri
Acta maximi Dearum
Triste post funus quoque
Prædicanda sempiternis
Consecrate cantibus.
Tale et isto nunc obire
Munus æquum est tempore.
Ecce Musæus citatis
Nicoclis (1) bustum rotis
Advolat currus sepulti
Ferre in auras gloriam,
Quam sibi duro paravit
Fortis in certamine
Isthmias Pyctes adeptus

Dorici

(1) Nicocles patruelis Cleandri.

Ε'πεὶ περικτίονας
Ε'νίκασε δήποτε
Κἀκεῖνος ἄνδρας ἀφύ-
κτῳ χερὶ κλονέων.
Τὸν μὲν οὐ κατελέγ-
χει κριτοῦ γενεὰ
Πατραδελφεοῦ. ἁ-
λίκων τῷ τις ἁβρὸν
Α'μφὶ παγκρατίου Κλεάνδρῳ
Πλεκέτω μυρσίνας
Στέφανον. ἐπεί νιν Α'λ-
καθόου τ' ἀγὼν σὺν τύχᾳ
Ε'ν Ε'πιδαύρῳ τε νεό-
τας πρὶν ἔδεκτο. τὸν αἰνεῖν
Α'γαθῷ παρέχει.
Η"βαν γὰρ οὐκ ἄπειρον ὑπὸ χει-
ᾷ καλῶν δάμασεν.

Idem ille viros inevitabili manu convellens. Eum quidem non dedecorat eximii filius patrui [Cleander]. Æqualium aliquis splendidam ob pancratium Cleandro nectat myrti coronam. Si quidem eum Alcathoique certamen cum victoria [h. victorem] inque Epidauro juventus antea excepit. Eum laudare viro bono facile est. Juventutem enim non expertem sub latibulo præclarorum facinorum consumpsit.

Dorici (1) frondes apî,
Accolas postquam tenaci
Vicerat quondam manu,
Æmulos versans premensque,
Dum labarent viribus.
Nec suis prælusrre factis
Pattui turpat decus
Degener nepos. Cleandro
Nectat æqualis statim
Unus e vobis coronam
Pancratî ob robur novum
Textilis myrti coruscis
Frondibus spectabilem.
Nam triumphantem palæstra
Vidit Alcathoî (2) virum,
Puberemque excepit ante
Lucus (3) Æsculapii
Plausibus mirum secundis
Et sonanti murmure.
Ampla honesro ac prompta laudis
Hic poetæ copia est.
Non iners enim sub antro
Diffluente inglorios
Floridi Cleander ævi
Solvit annos otio.

Finis Odarum Pindari.

---

(1) Apii Corinthii.
(2) Alcathous Pelopis filius Alcathoia festa instituit in memoriam leonis in Cithærone monte ab se occisi.
(3) In Epidauro Argi urbe ludi Æsculapii celebrabantur.

INDEX VICTORUM

QUORUM LAUDES CELEBRAVIT PINDARUS.

In Olympicis certaminibus.

In Nemeæis.

In Pythiis.

In Isthmiis.